

## **Historia plaerarumque partium humani corporis ... / [Salomon Alberti].**

### **Contributors**

Alberti, Salomon, 1540-1600

### **Publication/Creation**

Wittenberg : Z. Schurerus, 1602.

### **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/ttsc9efr>


### **License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>





ALBERTU  
—  
CORP  
HUMAN  
1602









65012/A

11 2

Aa

28

MEDICAL SOCIETY  
OF LONDON



ACCESSION NUMBER

PRESS MARK

ALBERTI, Salomon

127



VI 2



Historia

PLÆRARVM  
QVE PARTIVM HVMA-  
NI CORPORIS, MEMBRATIM  
scripta, & in usum tyronum re-  
tractatior antehac edita,

A V T O R E

SALOMONE ALBERTO,

*Medicinae Doctore, ejusq; Professore olim  
V Vitebergæ publico:*

NUNC VERO EX IPSIUS AVTO-  
grapho auctior & emendatior postremum  
in lucem emissa.

ACCESSERVNT EIVSDEM AVTORIS  
*observationes aliquot Anatomicae, raræ &  
perquam elegantes.*



16

02.

V V I T E B E R G Æ

Impensis Zachariæ Schureri & ejus Sociorum.



SOCIETY OF LONDON.  
MEDICAL

E  
p  
V  
for  
dim  
nus  
him  
liver  
aliqu  
con  
in an  
publ  
con  
idip  
lcon  
nova  
viter  
quam  
liver  
du  
viter  
mate  
dum  
luc  
dine  
Ige  
dine  
mod  
rectu  
luc  
genu



*Lectori candido S.*


**E** Didit olim historiam anatomicam, seu  
plerarumq; partium humani corporis de-  
scriptionem, Vir Excellentissimus, Dn. Sa-  
lomon Albertus, Norinbergensis, Philoso-  
phiæ & Medicinæ Doctor, tum in inclyta hac  
Vitebergensi Academia artis Medicæ Profes-  
sor primarius, dein verò illustrissimæ Domus Ele-  
ctoralis Saxonicæ Dresdensis Archiater dignissi-  
mus. Qui liber, ut eius Autoris omnia, non so-  
lùm studiosæ iuventuti, sed etiam viris in Republ.  
literaria celeberrimis ita acceptus fuit, vt jam ab  
aliquot annis exemplaria desiderari cœperint. Quod  
cùm Bibliopolæ nostri animadverterent, dudum  
in animo habuerunt, libellum hunc rursum luci  
publicæ reddere, & hac etiam in parte, pro virili,  
commoda studiosæ iuventutis promovere: atq;  
idipsum etiam dudum effectum dedissent, nisi  
Iconum defectus, quæ tunc penes Autorem, qui  
novam editionem ipse adornabat, erant, eorum  
voluntati obstirisset. Verùm enim verò post-  
quam vir hic Clarissimus, magna cum bonarum  
literarum iactura, virorumque doctorum insigni lu-  
ctu, in vivis esse desijt, mundiq; huius ærumnis  
valedixit; atq; ego Icones, & exemplar historiæ  
anatomicæ, pluribus in locis ab ipso Autore au-  
ctum & correctum, ad virum Excell. Dn. D.  
Ioannem Georgium Magnum, Augustanum, Me-  
dicum apud Berolinentes Clarissimum, Autoris  
Socrum dignissimum, devenisse cognovi: ne  
diutius studiosorum hac in parte remorarer com-  
moda, vt ab eo Icones & Exemplar auctum & cor-  
rectum impetrarem, nihil in me deesse passus sum.  
Atq; is quidem cùm suarum partium esse intelli-  
geret, neq; Socris optimi famæ obstare, nec studio-



forum expectationem eludere, promptè & Icones  
mihi communicavit, & ex Autoris chartis non sine  
labore & diligentia, ea, quæ Autor addere in ani-  
mo habuit, editioni antiquæ addidit, atq; corri-  
genda correxit, observationes deniq; anatomicas  
aliquot raras & elegantes eiusdem Autoris adiun-  
xit. Accipe igitur, Lector Candide, libellum  
hunc, et si, quâ numerum chartarum exiguum, quâ  
tamen eruditionem, rerumq; gravissimarum, qua-  
rum paucis verbis plurimas complectitur, multitu-  
dinem, sat amplum, iamq; ultima cura ab Autore  
excultum; atq; Viri Clarissimi D. D. Io. Geor-  
gij Magni, nostrumq; itidem de Republ. litera-  
ria, pro virili, benè merendi studium boni consu-  
le. Quod si apud te, quod spero, (iniquum enim  
nihil postulo) obtinero; sedulam dabo operam,  
ut insigne, & à multis hætenus expetitur opus,  
de Compositione Medicamentorum internorum  
& externorum, atq; Antidotarium; itemq; erudi-  
tum & elegans, ultimaq; lima politum de Theri-  
aca & Mithridatio scriptum; eiusdem D. D. Sa-  
lomonis Alberti, piæ & laudatæ memoriæ, à D.  
D. Ioanne Georgio Magno impetrare, & paulò  
post in tuum totiusq; Reipubl. literariæ insignem  
usum in publicum dare, possim. Vale.

*Zacharias Schüverus*  
*Bibliopola VViteberg.*





ILLVSTRI  
GENEROSO ET IN-  
CLYTO DOMINO OTHONI,  
Comiti in Solms, Domino in  
Muncenburg & Sonnevvald,  
Domino suo clementis-  
simo

Salomon Albertus  
*Norinbergensis salutem, id est, in  
Christo summam felici-  
tatem dicit.*

**M**IRIFICE FOR-  
matus sum in inferio-  
ribus terræ, id est, in vte-  
ro matris, exclamat in  
Psalmo David: neque  
*ἀνεμφάτως*: Etenim plus  
quàm significante verbo *תמך* eo loci vti-  
tur, *διάπλασιν* nostri ijs assimilante vesti-  
bus,



bus, quas Idæi Phryges invenire, indeq;  
Phrygiones appellati sunt: quod acu varie  
pingere eas atque intexere, segmentisq; au-  
reis sericisve additis exornare solerent. Quod  
& nos aliquando respeximus, cum archite-  
cturam aranei (vnde erudita texendi opera-  
tio primum putatur defluxisse) quoddam  
quali *ἐμπαγείον* statueremus primæ deline-  
ationis animantis in utero. Is namq; de la-  
nigera fertilitate, quam intra se habet, te-  
xere didicit, artemq; eam primus exercuit,  
ad cuius instar Natura non solum artificio-  
sa, sed planè artifex in utero matris, dum  
fundamentum nostri ponit, telam e genitali  
semine exorditur suā, pictura prorsus texti-  
li. Hiobus quæ sit ὅλη τῆς γενέσεως, id est, ho-  
mini generando materia, paullo rudius qui-  
dem persequi videtur, sed quam tamen ipse  
specie luculenta nequaquam destituat: ut li-  
cet perenne sit rudimentum nostri, non ta-  
men fribolum Plinio debeat existimari. Ver-  
ba Hiobi hæc sunt: Velut lac mulsisti me. &  
tanquam caseum coagulasti. Quid quæso la-  
cti similis, quàm semen est? quod verè e  
maribus emulgetur, coaguliq; modo in sese  
glomeratur in utero: à quo deinde tempore  
ipso negociosa Natura serum, tanquam ni-  
mis fluxum, atq; operæ cultusq; negligens  
secernit, reliquum quod spissius est, atq;  
inte-



interim sequacius, sibi seruat, inq; eo scitò  
fabreq; fingendo corporandoq;, demùm &  
spiritu vitæ immortalī animando occupa-  
tur. Huius tam diligentis fabricæ humani  
corporis, si ab ossibus solum discesseris,  
propheta Ezechiel αὐτόπτης fuit. Vidit is ἐν  
ἐξάσφ καὶ ἀποκαλύψδ θεῶ, quemadmodum  
ossa, quæ iam modo exaruerant, disserta fu-  
erint atq; digesta, suum vnumquodq; in  
locum, invicemq; sibi adaptata in compa-  
gines artuum convenerint: mox vt nervis  
altrieta sint, carneq; induta sua, & ad de-  
corem investita cute: tandem quomodo  
sic repente formatis, & in habitus huma-  
nasq; species figuratis corporibus, ast etiam  
dum exanimis, spiritus, qui circumferret  
ea, sufflatus sit: quod spiritus postlimini-  
um in pristina ingredientis corporum  
ergastula, vt & cætera structura partium,  
τῆς ἀναβιώσεως ἢ ἀναστάσεως exemplar fuit  
solidum atq; expressum.

Et hæc quidem eo pertinere volumus  
singula & universa, vt testatum fiat, quanta  
insit admirabilitas fabricationi nostri cor-  
poris, operis præclarissimi: in quo ad vim  
incredibilem, ad artem atq; sapientiam eius,  
qui ipsum condidit, declarandam, vel vna  
pars satis esse potest, extrinsecus solūmodo  
aspecta, eademq; minima: quando rerum



Natura nusquam perinde tota est, atq; in  
minimis: & quanto vnumquodq; minuti-  
us fuerit, tanto maiorem admirationem ex-  
citabit. Documento vel machinator ille  
fuerit, qui in exiguo annulo Phaethonta,  
quatuor in vectum equis, artificio & specta-  
culo incredibili sculpendo ita expresserat,  
vt ægre quidem propter parvitatem cerni  
singula, ac cerni tamen ad claram conversa  
lucem possent. Nihil ergo dici verius po-  
tuit, nihil omnino scitius, quàm quod cui-  
dam barbaro, quisquis sanè ille fuit, si mo-  
do fuit barbarus, à nonnullis ascribitur:  
qui interrogatus à quopiam, quid in hac  
mundana scena arbitraretur maximè suspi-  
ciendum admirandumq;, subiecisse fertur,  
hominem, vtpote *ἄνθρωπος*: quem  
Plato propter maiestatem naturæ, præcipuè  
vero mentis, qua nobis cum cælestibus a-  
gnatio est, quaq; nihil homini dedit Deus  
ipse divinius, *θεῖον ἄνθρωπον* nuncupavit. Nec  
enim hamatorum vncinatorumq; corpo-  
rum interiectio inani concretorum turba  
hominem confecit, quæ magnus ille Demo-  
critus rerum omnium semina atq; elemen-  
ta astruit. Neq; figura aut situs, aut *εὐγέν-  
εια* sive usus membrorum, neque vis talis  
ingenij, aut mentis tam politè, tamq; sub-  
tili-



tiliter effici fortuna potuit, sed quadam  
machinatione atq; solertia à parente illa  
rerum omnium, & magistra Natura, per  
quam intelligitur effector mundi molitor-  
que Deus. Scilicet huius *πλάσμα* homi-  
nes sumus, non fortunæ opus: huius cha-  
racter & sigillum, ac quasi radius, quem no-  
mine proprio Moses vocat imaginem, nem-  
pe innuens, archetypum rationalis Naturæ  
Deum esse, nos vero ejus effigiem, quam  
licet ruina nostri generis obscurando ad-  
modum labefactarit, non tamen ita peni-  
tius exstinxit, quin aliquid de forma cog-  
nationis, quæ nobis cum Deo intercedit,  
adhuc retineamus.

In harum rerum considerationem cum  
pestidentissimo tempore, quo hæc erudita  
Lyceia propè vasta erant atq; deserta, paullo  
altius descenderem, inq; contemplatione  
hominis, qui verè miraculum est naturæ  
universæ, totum me ponerem: arbitrabar  
equidem precium operæ me facturum: si  
de partibus humani corporis earumq; uti-  
litate (cujus *παραμαρτυρία Θεολογίας ἀκρι-  
βὲς δέχεται* Galeno nostro constituitur) ali-  
quid elucubrarem: idq; in gratiam iuventu-  
tis scholasticæ, quam quidem, ut Philoso-  
phiæ, & totius Naturæ scientiam sibi com-



parare queat, hisce sacris oportet initiari.  
Quare se vocavi me ipse quoq; à luis conta-  
gio, inq; Ammonianum meum, quod est  
extra urbem, secessi: vbi in ingrato illo  
scholæq; funesto ocio hanc partium histo-  
riam ex palinxeſto cœpi condere, Deoq; vo-  
vere velut bonum quendam ἐπαῖδον, qualis  
olim Musicorum fuit, quo ſtantes ante  
Deorum aras canebant, hymnis Deos cele-  
brantes: aut qualis Poëtarum Lyricorum  
ἐροφὴ καὶ αὐλὶς ἐροφὴ.

Cæterum cum extremum hoc mundi  
fermè præcipitantis ſeculum ad obtreſtan-  
dum nimis quàm proclive ſit, atq; immi-  
nentium iudiciorum expectatio multò  
profundior, quàm quæ exhauriri à quo-  
quam queat: diſpiciendum mihi iudicavi  
de aliquo tutelari, cuius fidei atq; clientelæ  
hic liber committeretur.

Te autem præſide, OTHO Comes il-  
luſtris & generoſe, Domine clementiſſime,  
hunc lucubrationis meæ laborem, qualis is  
cunq; eſt, prodire in lucem potiſſimum  
volui, quod ſic perſuaſum haberem, ex illu-  
ſtri nomine tuo genium ipſi conciliatum  
iri: quippe ideo plus habere momenti vi-  
dentur multa, quoniam ſunt principibus  
viris dicata. Adhæc clam me non eſt, quam  
cupi-



eupide, & qua iudicii dexteritate in consi-  
deratione contemplationeq; Naturæ ver-  
feris, cui tantum cotidie impendis tempo-  
ris, quantum à studijs gravioribus subcide-  
re, & imprimis verò ab historiarum lectio-  
ne suffurari tibi licet. Quorsum enim nu-  
pera ista tot caussarum latentium investiga-  
tio? Quid sibi in mensam advocata illa  
*ἀριτία παραδοξοτάτη*, & captum omnem  
excedens esuries puellæ, quæ, ni fallor, tri-  
ennium, aut eo amplius, vitam impasta tra-  
duxit, quam generosa & pijsissima mater tua  
semel atq; iterum odoribus refecit? Sanè  
testari ipse possum, toto tempore, quo isthic  
essem, ab illustri mensa tua sobriam philo-  
sophiam nunquam exulasse, neque etiam  
alumnas eius. Suppetebat abunde proble-  
matum, quibus fercula tibi ipse condires.  
Sed obijciat aliquis, heus tu bone vir, quid  
ad Bachum isthæc? Immò certè decoro  
convivij maximè respondet, dum corpus  
pascitur, animum genio suo non defrauda-  
re: quod [equidem fieret, si studij atq; do-  
ctrinæ pabulum ipsi deforet. Quare neq;  
prorsus à Musis, neq; à Baccho (ut habet  
proverbium) aliena ista debent videri. At  
enim nec ludicra atq; gesticularia Lynx tua  
mihî hîc prætereunda silentio, quæ abs te  
cicur,



cicur, & popularis, & homini adeo amica  
reddita est, ut sine eo vix momento esse su-  
stineat, cæteroqui societatis atq; commercij  
nescia: idq; partim ὁμοφυλία, quando  
cum homine veluti tribus gentisq; eiusdem  
degit, partim accurata nutriendi disciplina:  
Vtraq; quicquid inditum Natura sangui-  
narium ferumq; fuit, id omne sensim ob-  
litteratum est, atq; ipsa adeo τοῖς ἀνθρώποις  
ἡ περὶ σωτηρίας αἰωννυμένη, hoc est, humanis  
motibus quasi concolorata atq; affirmata.  
Mitto Castorem & pugnam, quæ ipsi cum  
animantibus cæteris jucundissimo sanè spe-  
ctaculo nuper commissa est, & multa hoc  
genus alia, quæ abunde testatum faciunt,  
quantopere aveas jura Naturæ, etiam quæ  
à vulgari intelligentia remota sunt, perno-  
scere. Proinde verendum non erit, ne  
quis vitio mihi vertat, quòd sub illustri no-  
mine tuo in aspectum lucemq; profero  
è medio Naturæ sinu detextam hanc par-  
tium humani corporis historiam, in qua,  
quod verbis & dictionibus assequi mihi  
non licuit, id coloribus & figuris conatus  
sum utcumq; exprimere atq; repræsentare,  
ut tyro adeo in hanc, ut ita loquar, scenam  
productus, non solum lector, sed idem spe-  
ctator esse, & historia ipsa merito picta dici  
queat.




queat. Cumq; hæc, vt cœpi paullo antè  
dicere, à me in laudem sospitatoris, & vnici  
*ἀλεξιάκας* Iesu Christi, tanquam Gratia-  
rum ara condita sit, ad memoriam meæ  
meorumq; salutis tempore illo pestilentif-  
simo diuinitus assertæ sempiternam, sum-  
mis abs Tua Illustri Generositate peto,  
vt in locupletissimam penum suam libra-  
riam, quæ magno iudicio à præstanti viro  
Theophilo Dasypodio, L.L. Licentiatò, & T.  
Generositatis consiliario! nava atq; indu-  
strio, delectissimis libris instructa, inq; or-  
dinem decenter digesta est, cooptare ipsam  
dignetur. Locum convenientem Theophilus  
ipse assignabit, qui qualis qualis fuerit, æqui  
boniq; consuletur. Est enim profectò ali-  
quid, atq; multum adeo, in tam illustri &  
splendida Bibliotheca, vnde decus constare  
tibi poterit ad seram posteritatem, vel ex-  
tremum locum occupare: quæ vt librorum  
multitudine nonnullis in Germania cedat:  
at bonitate tamen, qua vnica tanquam regu-  
la supellectilem librorum metimur, certum  
est multas superare. Neq; enim tam refert,  
quàm multos libros, ut quàm bonos ha-  
beas.

Perscribebatur Vitebergæ

XV. Calend. Aprilis.

Anno Iesu Christi 1585.





## EPIGRAMMA.



Egis habens nomen Salomonis, Apol-  
linis artes,

(Huius enim inventum carmen  
& herba fuit:)

Corporis humani digessit in ordine  
partes,

Quaę sit his species, vis ratioę, refert.

Quid sua præ reliquis hec præstet in arte facultas,

Qua nova non notis lux data rebus inest:

Vel pars sola probat, qua caussa est reddita sensus,

A quo suscipitur quilibet aure sonus:

Quaę docet causas, ac instrumenta loquela,

Et vox quos fines articulata tenet.

Est sua Germanis etiam experientia rerum:

Patria sed natis est minus æqua suis.

Quid tum? vera suo contenta est lumine virtus,

In qua ceu speculo cernitur ipse Deus.

Perge tuis operis artem illustrare medendi,

Cunę homo sis, homini sis Deus artis ope.

Nam quæ laus homini poterit contingere maior,

Quàm virtute Dei quod sit imago Dei?

Iohan. Maior. D.

Menda



*Menda sic corrigantur.*

Legatur folio 10. l. .7. sunt, eò. fol. 17.  
διελυγμένη. fol. 35. l. 17. est, fol. 36. ἤτερον. fol. 43  
συγγένεια fol. 45. ὑμῶν fol. 81. κίρσοειδής. ib.  
ταμεία. fol. 82. l. 5. raro fol. 87. carnulentum  
fol. 97. l. 6. deiecta. fol. 101. epididymide. fol.  
112. l. 22. a facta. fol. 114. l. 17. utitur, quo-  
cunq; volet exc. fol. 118. ζύγωμα. fol. 132. l.  
24. supra quo spina quoquo versus. fol. 133.  
qui nimium indulgent veneri. ib. lumbifra-  
gio. fol. 146. ἐκφυσις. fol. 147. verba παρὲν  
θέσει inclusa deleantur. Reliqua leviora le-  
ctor & pro sua industria facile animadver-  
tet, & pro suo candore dextre corrigeat.



Galenus lib. de foetuum for-  
matione affirmat,

Κατασκευῶν τὰ σώματα ὧν ἡμῶν, ἄκρως  
ἐνδείκνυσθαι ποιεῖσάντων αὐτοσφίς  
αἵ τε ἅμα καὶ δυνάμει.

*Fabricam nostri corporis summam  
opificis & sapientiam & potenti-  
am præ se ferre,*

128





# HISTORIA CAPITIS.

**C**APUT est humanæ fabricæ culmen atq; fastigium, orbi depresso utrinq; ad oblongæ sphaeræ similitudinem quadamtenus simile, quo ignis ille diuinus ratio & mens, acris, vicens, & sagax, character quidam & effigies diuinæ essentiae, quinorum sensuum satellitium animæ, tanquam cœlo tegitur: in hoc regimen est totius animantis illic, ut modò dictum est, animæ secundum Platonicos sedes est, quæ indidem derivata influit de in uno perpetuoq; tenore in corpus reliquum, quod ita moderatur ratione vniuersum, nutuq; regit atq; dispensat, vt in qualibet regione membrorum etiam minutissimorum præsens  
B                    esse



esse, suæq; benignitatis aura *γυναικείῃ*  
*κῶς* quodam quasi numero afflare ipsis  
videatur. Datum capiti nomen est,  
ut quidem Varro ad Ciceronem scri-  
bit, quòd hinc initium capiant sensus  
ac nervi. In hoc religio, & quoddam  
inesse numen fertur: ea propter ibi  
honorum insignia, & diademata re-  
gum esse voluere. Iusserunt etiam  
venerationis causa aspectu magistra-  
tuum capita aperiri: etsi in gratiam  
valetudinis id factum esse Varro autus-  
met, quò sensim firmiora ea consue-  
tudine fierent.

Cerebrum calva munitur ossea,  
eademq; sutili, & transpirationi per  
quàm opportuna. Cum enim caput  
velut caminus sit vniversi, immò cu-  
curbitulæ instar infideat trunco cor-  
poris, sorbet ab infernis, quicquid  
volatile & sequax est, nempe expira-  
tiones omnis generis: quarum exha-  
lationi nisi dehiscens calva vsq; pate-  
ret, certè abesse non posset, quin assi-  
duis haustibus Cerebrum inebriare-  
tur, cæteroquin viscerum vt excelis-  
simum



simum, ita humidissimum & frigidissimum, homini portione maximum, eò quòd operationum varietate nobilitatèq; vincat, unum de principiis. Voco autem principia, quorum causa videtur alias partes in politia corporis genuisse Natura, ea inquam voco, quæ virtutem, aut succum perfectum ex sese promunt, conservatio-  
ni corporis universi, vel certè speciei necessarium. Sicut ergo epas sanguinis officina est, testes genitalis atque prolifici seminis, cor promptuarium viuifici & vitalis spiritus; Sic cerebrum tertium spiritum animale è penu promens suo, per nervos, quò & quando decet, motus & sensus ex naturæ præscripto κατὰ προαίρεσιν ciendorum gratia, trajcit. Caluæ adiacet superiori quidem pericranium id est, cutis capillata, inferiori verò dura meninx.

*Summa pars calvæ paullo profundius orbiculatim resecta.*

B 2

Calvæ





# Calvaria.


Ceſt quod-  
dam quaffi-  
coelum ca-  
pitis, cui ce-  
rebrum pro-  
ximè ſubeſt.  
Huic lamela-  
re, ut in ce-  
pis, ad aſpe-  
ctum futura-  
rum ſuum  
abſtraximuss

*περιράνιον* : quod perioſtii ritu calvami  
obit atq; inveſtit, ob craſſitiem excel-  
lenti carniſi o m enclatione indigita-  
tum. Eiuſdem hoc planè conditionis  
eſt, cuius ipſa membrana cerebrum  
ſubtus involuens, vnde illa produci-  
tur. Os calvæ non ſimplex eſt atq; uni-  
cum, ſed duplicata paſſim lamina con-  
ſpicitur, quas inter meditullium, *δι-*  
*ωλόην* nominant. Offis quod ſupra eſt,  
ſub cute capillata, adjacet pericranio,  
quod infra, meningi, omnium mem-  
branarum parenti atq; origini. Vtri-  
uſq;



usq; superficies terfa atq; polita τὴν ὁμό-  
χρῶσαν veterum Pythagoræorum exhibet, quibus sua cuiusq; corporis superficies χρῶσα nuncupata est. Quid? quod summum os, qua parte solidissimum est, non quidem situ, terræ modo, quæ situ induruit, hiulcatur, sed æstivis solibus lamellatim finditur, atq; abscedit; non secus atq; in conchulis maris, in vesicæ calculis, aut lapide Bezoar, in rumine siue ventriculo hirci Indici, corticatim compactis usu accidere solet. Sed nec integra est calvaria, verum de compluribus ossibus more dentatæ ferræ pectinatim coagmentata, ac ceu ferruminata. Suture ita consertæ atq; commissæ, spiracula sunt atque infumibula Cerebri, inter quas Coronalis quidem a fronti superposita est. Eius medio rectâ insistit veruculata siue sagittalis C, perticæ in modum per verticem producta. Locus, \* quo hæc inuicem ad obtusiores angulos vna alteri innituntur, ad eò tener in infante est, vt micationem arteriarum intuentibus repræsentet, &



iuxta formulam earum vicissim sub-  
 sultimq; vibretur: quem moveri et-  
 iam inter mandendum Galenus con-  
 spexit: Plinio palpitans vertex est,  
 summæ inter cuncta animalia imbe-  
 cillitatis indicium. Barbari ab vuido  
 madore, & pulsu, Fontem pulsantem  
 Teutones Foliolum indigitant. Po-  
 stremò omnium ossescit, consummati-  
 tam virium roboris argumentum.  
 Huic loco candentem sartaginem ad-  
 crines vstulandos impingimus, hunc  
 vrimus cauteri, quem in vivis designat  
 aut medius digitus, radice palmæ ad  
 intercilium posita, aut vola manus, si  
 teneriorum corporum vertici admo-  
 veris, interim utraq; maxillarum mor-  
 dicus & itentidem stricta. Sutura  
 λαμβδοειδης γ ex aduerso coronali sita,  
 occiput circumscribit. Ea nonnun-  
 quam ingeminata excludit in medio  
 sui triquetrum ossiculum,  
 quod præter  cætera capi-  
 tis ossa, ne scio quam,  
 vim mirificam aduersus comitiales  
 obtinet, idq; indultu familiæ Paracel-  
 si: quod



si: quod de opposita ossis parte, coro-  
 nalem describente futuram, nostri as-  
 firmare audent: quorum utrumque  
 non sensus, non ratio, sed vna patefa-  
 ciet experiendi & observandi consue-  
 tudo. Meo arbitrato ex aquo omni-  
 bus calvæ partibus eadem vis inest, neq;  
 anticæ, neq; posticæ præter cæteras  
 egregia aut prærogativa. Quamvis  
 prætulerim tamen ego quoq; anticam  
 cæteris, quippe quæ aspergine & rore  
 cerebri subinde humeat, vni homini  
 in infantia similiter arterijs quadam  
 vicissitudine per intervalla palpitet,  
 neq; roboretur ante primum sermo-  
 nis exordium. Quæ præterea utrinq;  
 ad aures obiacent, non tam futuræ  
 sunt, quàm imbricata potius aggluti-  
 namenta *παράλληλα*, id est, à sagittali  
 paribus spacijs distantia. Hactenus  
 usu captum atq; probatum est, ut ipsa  
 illa quoq; futuræ vocentur, non  
 genuinæ tamen, sed  
 spurix.



*Convexa crassæ meningis superficies, ut  
resectæ parti calvæ suberat, cum  
ternis sinibus, & torculari  
conspicua.*



**C**erebrū  
duab⁹  
suprà sub-  
terq; mē-  
branis ves-  
latur, qua-  
rum alter-  
utrā rum-  
pi lethale  
putatur :  
Omēta e-  
as Macro-  
bius audet :

nuncupare. Huius vestitus sui bene-  
ficio vim sentientem & tractabilem  
tum suscipit cerebrum, tum cæteris  
particulis confert. Tactu namq; me-  
ninges pollent exquisitissimo. Harum  
exterior crassā, subtensa cranio, pas-  
simq; ut sic dicam, subsuta est, sinua-  
taq; Nam sedibus quibusdam nobis  
exhibet



exhibet quaternos sinus, qui sunt va-  
forum ceu vicarij, rivos sanguinis &  
spiritus quoquo versus ad irrorandum  
cerebrum publicos in vsus erogantes  
vtribus culeisve, quibus vina elutriari  
solent, aut aquæductibus pratorum  
non absimiles: excepto, quod eorum  
capacitas passim triangularis, non au-  
tem teres est. Bini laterales sunt ζ. η.  
qui exorsi à sexti coniugij nervorum  
cerebri foramine, sub occipite ferun-  
tur, vsq; dum coalescant, quod fit in  
elatissima cerebelli sede, qua id occi-  
pitis os contingit. *συνδρομή* ea siue coa-  
litus duorum sinuum θ torcular nun-  
cupatur. Estq; velut castellum, in  
quod commeatus sanguinis & spiritus  
vitalis, è iugularibus vasis corrivatus,  
prædictis sinibus tanquam elicibus  
confluit: inde exoneratur partim in  
sinum tertium ι, sub sagittali sutura  
antrorsum adusq; diaphragma, cuius  
ope foramina ossis *ἡθροειδὲς* ad summi-  
tatem narium intersepta sunt, perti-  
nentem: partim deorsum in quartum  
κ (quem in figura sequenti seorsim



adumbravimus) via recondita, eaq;  
 brevissima: qua sepimentum (cuius  
 interiectu cerebrum à cerebello di-  
 rentum est) velut actò cuniculo per-  
 forat. Hic postremus clunibus ce-  
 rebri finitur. Venæ  $\lambda$  in duram  
 cerebri membranam sparsæ sunt. Eò  
 loci multò crassissimæ: quod cere-  
 brum illic iaccat vberius, quàm parte  
 postica, quorsum oræ venularum per-  
 tinent, alicubi etiam trajectæ per cal-  
 variam in pericranij conuexa osculis  
 dehiscunt suis. Summa duræ menyn-  
 gis facies maxima sui parte tersa ac  
 lævis est, lævataq; , nisi vbi tuberculis  
 asperata caluæ intus suppingitur atq;  
 affirmatur.

*Figura quartum sinum & integrum, cæ-  
 teros autem dissectos exhibet, propter  
 orificia vasculorum, quæ ex omni-  
 bus finibus quaquaversus  
 educuntur.*

Cer-





11  
 Cernere est  
 ad latera  
 sinuum crassæ  
 menyngis in-  
 numeras ve-  
 nulas, longa  
 viæ intercape-  
 dine passim  
 emergentes,  
 quæ in tenuē  
 membranam

deinceps propagantur: per quarum  
 oscula stillans succus alibilis in omnē  
 cerebri partem ad necessarium vitæ  
 com meatum diditur. Reptitias meo  
 arbitratu appellare licet, à reptatu  
 clandestino, quo traiecta meninge  
 tenui, capillares fibrillas, quibus ra-  
 dicantur, in medullam cerebri peni-  
 tiorem defigunt: quod observavit  
 Fallopius, & cruenta illa *signata* vi-  
 dentur attestari, quibus cerebri sub-  
 stantia in ijs, qui vel phrenitide, vel  
 gula laqueo fracta periere, insignita  
 est.

Molcs



Moles cerebri duriorē meninge nudata, processusq̃ illius propter corpus callosum detecti.

PReterea  
crassæ  
menyngis  
duo sunt  
processus,  
Vnus  $\mu$  κατὰ  
τὴν μῆκος ce-  
rebri, pro-  
ximè sub  
vertice, aut  
veruculata  
futura, si-  
milis falci,



demeti solent: quem hîc è sede sua  
in sinistram cerebri partem sum moui-  
mus. Alter  $\nu$  κατὰ πλάτ  $\odot$  eiusdem  
αἰώνου  $\odot$ : quo interfinium cerebri &  
cerebelli in postico sub lambdoideo  
constituitur, in altum hîc sublatus:  
priorē illo cerebrum in dextrum &  
læuum, hoc verò in anticum & posticum,  
cum,



cum, non tamen penitus, sed magna  
 fui parte, ferè ut pulmo & iecur in lo-  
 bos, dirimitur: interim corpus cere-  
 bri ad basin continuum est. In deie-  
 ctu illo, qui dextræ & lævæ cerebri  
 parti interpositus est, callosum cor-  
 pus & terso candore suo subluet,  
 limes duorum ventriculorum cere-  
 bri.

Cerebri pars dextra, læva eius-  
 dem  $\pi$ , tenui meninge amiculo suo  
 (vulgus piam matrem aut matricem  
 nominat) circumdata, à qua vasa ce-  
 rebri perinde vt à chorio vteri susti-  
 nentur, vnde  $\chi\epsilon\gamma\omega\delta\eta\varsigma$  dicitur. & Maan-  
 dris siue gyratis anfractibus, in quos  
 velut nubes, aut intestinorum volu-  
 mina cerebrum contorquetur tenuis  
 menynx sese altè admodum insinuat.  
 $\sigma$  Elatissima pars cerebelli, à cerebro  
 nihil dissidentis, nisi quod callosa  
 duritie præditum, & loco gyrorum,  
 quibusdam versibus duntaxat striat-  
 um est, tenui sua menynge adhuc in-  
 dutum.

Calua



Calua, & insigni portione substantiæ  
cerebri, quæ subest ei, remotis, iam  
porro alia occurrunt, notatu  
digna & ipsa.

**A**C foris quidem velamina sive massæ  
tres cerebri, in decusses defectæ  
propendent: quarum 1 exterior Du-  
ra, & interior Pia appellatur. Crania  
um hoc loci & iuxta sedem supercili-  
orum natura diffidit in duas tabulas,  
quarum externam lues venerea non.





nunquam exest, ac tum inter sternu-  
 endum illâc insolens animæ iter est.  
 Tabulis magna sæpenumero cavitas  
 \* intercedit ad os narium devexa, inq;  
 altitudinem abrupta, quam infercit  
 tenax quidam mador, elaborando ad  
 odorandum aëri, vt videtur, apposi-  
 tus. Consentaneum verò est, aliquid,  
 atq; multum adeo humoris per abdi-  
 tos interioris tabulæ meatulos sive res-  
 cessus transcolatione quadam inibi  
 colligi, tractuq; temporis vitari pos-  
 se: Vnde existunt postea cruciatus illi  
 ὀσθηκόποι, omnium immanissimi & ob-  
 stinatissimi, non rarò statim repetentes  
 circuitibus. Galenus duabus Caluæ  
 tabulis sive laminis, superiori & infe-  
 riori διωλόην interlocat, ceu quoddam  
 discrimen, cavernosum illud, pumi-  
 cisq; æmulum, quod naturæ mediæ  
 inter superum & inferum os, à duris-  
 sima & densissima in molliorem σύσ-  
 σιν degenerat. Sanguine ea farcta est,  
 scaturiente è venis tenuioribus illic  
 discurrentibus: qui tum emanare so-  
 let, quando terebra ἀθάπης per Cra-  
 niūna



nium intrò adigitur. In hoc meditullio frustà quærentur *αρχία* sive carunculae, quicquid argutetur Fallopius peritissimus rei anatomicae. & Cutis capitis in occipite longè crassissima: eoq; nomine interiorum exhalationum minus pervia, quæ intus coëreita diutius, vbi ad naturam redierint, distendendo dolorem inferunt, à vulgo Crinalem dictum, qui sæpè *αρθροποι* esse arthritidis solet. Hoc enim ex fonte Fernelio supervacui humores: per summa corporis sub cute iter fibroaditumq; molientes, ad artuum compages defluunt. & Vestigia notae cerebro impressa ab altiore tenui meningis in substantiam eius ingressa: *ω* Medullaceam substantiam cerebri. *α* Septum lucidum seu speculum determinans duos anteriores ventriculos, antrorsum porrigitur. Pars id est callosi corporis & sursum reiecti, & testudinis *β*, quorum illud supra est, hæc infra tertio ventriculo obiacens, fornicis in modum arcuatur, quò superstructam cerebri molelem



lem faciliùs sustineat. Priorum ventriculorum cerebri, dexter, & sinister: Vterq; forma semicirculi lateribus septi assistit, animalis spiritus, de vitali atq; aëre naribus hausto nuper in plexibus secundas referentibus & incohas-  
*ἐργαστήριον* atq; conceptaculum. Ventribus obliquè insistent prius dicti plexus seu textus venarum & arteriarum labyrinthi, utrinq; singuli & colore saturè rubro. Græci *πλέγματα ἢ συσρέματα χοροῦ* δὴ nominant, perperam autem *δικτῶ* δὴ, siquidem rete arteriarum admirabile in hominibus non reperitur, & in cæteris animalibus, alio situm est loco, nimirū ad latera *κλαυοῦ* δὴ *ἀποφύσεων*, id est, lectuliosis cunei.

Septo iam sursum elevato paullo conspectiora fiunt primū testudo b, camera modo extracta ac tribus quasi columnis suffulta, quam ab anterioribus retrò evertimus. deinde intricatus plexus secundarum, id est, involucri foetus æmulus, in utrumq; ventrium sese obliquè penetrans. Is constat partim è vaic s, quod à quarto

C duræ



duræ mem.  
branæ sinu  
enatū, mox  
variè fissū  
in ramulos  
ac rursus  
instar reti-  
culi cuius-  
dam in se  
collectum,  
sub testudi-  
ne prorsū  
in interio-  
rem tertij



ventriculi sedem fertur: partim, &  
quidem maxima sui portione ab arte-  
rijs *e*, quæ germina sunt soporalium,  
inferiorem ac posteriorem ventrium  
anteriorum sedem conscendentibus.  
Vbi vas nuper dictum bifurcatur *f*, ibi  
meatus ex communi cauitate ventri-  
culorum dextri ac sinistri, hoc est, è  
tertio cerebri ventriculo rectà decli-  
uis ad peluim pertinet. Ex bifurca-  
tione sive divortio emergunt venulæ  
*g*, quæ ventriculorum substantiæ ob-  
nascuntur.



nascuntur. Cætera habet hæc figura  
cum antecedenti communia.

*Sequens figura sub aspectum vocat  
quatuor ventres Cerebri, priores duos,  
quartum postremum, & his interiectum  
tertium, una cum suis ductibus &  
corporibus obiacentibus.*

**V**Entres cerebri nihil aliud quam si-  
nus quidam sunt, unde tanquam è  
iugi fonte riui quoquo versum e ducti  
ita sibi invicem junguntur, ut per eos  
spiritibus sensibilium rerum specie im-  
butis libertas sit ultrò citroq; ab uno  
in alium commeandi. 3. Tertius ven-  
tricularius sub calloso corpore aut opere  
testudineato, tutissimè ad confinium  
anteriorum ventrium reconditus, ni-  
hil aliud est, quam communis la-  
cuna, in quam ventrium priorum  
vterq; 1. 2. humiliore sui sede dehiscens  
commeatum spirituum deponit.  
Biforis autem est, geminos de se pro-  
ferens ductus, ob separatam atque  
revulsam in sinistra substantiam cere-  
bri ♂ admodum conspicuos: quo-



rum unus sub *g*  
 prorsum declivi  
 itinere ad basin  
 cerebri descendit,  
 expuens eò illius  
 supervacua, à qua  
 provincia jure se-  
 cerniculum dixe-  
 ris. Alter canalis  
 sub *h* retrò in quar-  
 tum ventrem di-  
 rigitur atq; absu-  
 mitur. Exquisitiùs  
 autem itinera ge-  
 minorum ductu-  
 um exploranti-  
 bus multa obve-



niunt, peculiaribus insignita nòmini-  
 bus: & quidem in declivi illo itinere  
 priore ad basin cerebri est pelvis i dicta  
 velut vtriculus quidam, seu tenuioris  
 meningis, (per quam, tanquam ma-  
 nicam Hippocratis, aut saccum pitui-  
 ta colatur) seu cerebri ipsius portiun-  
 cula, ab assiduís pituitæ decursibuss  
 admodum infundibuli suprà quidem  
 ampli-



amplius laxa-  
ta, infrà verò  
in collum pro-  
cerius deorsū  
turbinata. Ei  
substernitur in  
fella ossis cu-



nei glans pituitaria *k*, carne porosa &  
bibula, illuiei excipiendæ peridonea,  
quam tamen ob exiguitatem minùs  
diu potest retinere. Proinde in quatuor  
deriuat canales, quorum duo *l. m.*  
retrorsum viam capeffunt ad palatum,  
totidem *n. o.* sub oculorum orbita ad  
nares, vt inde postea exhauriatur. Sci-  
licet hæc sunt aquosæ pituitæ ab Cere-  
bro emunctæ deriuacula. Pars eius-  
dem pituitæ in lacrimas absumitur, ca-  
lore cerebri prius fusa, & in primis au-  
tem à perturbatione cordis incitata.

In altero itinere, quo ad quartum  
retrò dorsalem medullam versus per-  
gitur, occurrit glandula coloris à ce-  
rebro diuersi, id est, palcaris sive pal-  
lidi, figura nucis pineæ *p*, vnde nomen  
ei *κωνάριον*, quæ cerebro obiter dunta-



xat, hoc est, vix ac ne vix quidē obhaer-  
 ret, fornici paullo posteriùs allocata  
 quàm ut meatum tertij ventriculi su-  
 b ad quartum & possit obturare. Ita na-  
 mirum liber patet spiritui animali,,  
 prioribus ventriculis in tertium, &  
 hinc deinceps in quartum aditus. Co-  
 nario à tergo utrinq; contigua sunt  
 gemina corpuscula q, pomorum spec-  
 cie audentius protuberantia, ac ro-  
 tundata, tenui præcincta membrana  
 coloreq; subflava. Quo loci autem at-  
 tingunt se invicem terna hæc corpora  
 quidam quasi deiectus excluditur  
 quem Realdus Inguen muliebri san-  
 quàm eleganter exprimere ait, vulvæ cō-  
 speciem mentiri. Versus posteriorem  
 transversim è corpore calloso limbus  
 circumfertur, qui dictis corpusculis  
 accumbit, sulculo duntaxat ab iisdem  
 disclusus. Hæc corpora ita desuper im-  
 pendent, ut canalem posteriorem ter-  
 tij ventriculi in quartum efforment  
 inque eo saluum conductum spiritum  
 prabeant. Singulis artificum filij (qui  
 soli penè in hoc erudito anatomia  
 pulve-



pulvere primùm exerciti sunt ) nomi-  
na pueriliter indidère sua, ab ijs rebus,  
quibus cum similitudinem habere vi-  
derentur. Sic glans p peni, adiacen-  
tes ei eminentiæ q testibus, deiectus  
qui ex accubitu trium corporum re-  
linquitur, vuluæ, limbus deniq; r, vnà  
cum exitu canalisi in quartum ventri-  
culum, ano siue cluni forato respon-  
det. Obtinuit igitur, ut ijsdem voca-  
bulis insignirentur, translatis ab ipsis  
rebus, quæ ita propriè nominantur,  
quarum imagines vocabula adum-  
brant saltem, si minus solidè repræ-  
sentant.

Scilicet hæc utriusq; sexus ludi-  
bria in Cerebro adumbrare Naturæ  
placuit, quæ ipsa nonnunquam in *γυναι-  
κείῃ* & hermaphroditis, seu errore,  
seu potius luxurie, tam proprii vigo-  
ris, quàm genitalis humoris, ad un-  
guem exprimit: etsi Plato in Sympo-  
sio iam olim defecisse putat hoc ge-  
nus hominum naturæ ancipitis,  
neq; quicquam restare nobis præter  
infame nomen.



Quartus ventriculus & statim in  
 clunibus, sive natibus init, cerebellico  
 & dorsali medullæ communis. Ita au-  
 tem incohatur, ut à principio paulum  
 amplior sit, ad liberaliorem spirituum  
 influxum, in itinere propius medullam  
 lam dorsii sensim arctetur, donec tam-  
 dem ad cerebelli præcipitium in acui-  
 men rostri desinat, ad instar calami,  
 qui ad scribendum attemperatus est.  
 Hac parte dorsii medulla cerebellico  
 continua est. Medulla dorsalis triu-  
 est cerebri, ope succenturiata vice-  
 eius gerens in trunco corporis. In eius  
 medio lineam « rudiùs duximus, quæ  
 non secus ac cerebrum bipartitò dis-  
 pescit ut vniuersa, quod licet in assa ver-  
 elixa deprehendere. Ex hac *diagnosis* par-  
 lam fit, cur in paralyti offenso una late-  
 re, alterum saluum perstet, & à noxia  
 omninò immune. Tantum de Cere-  
 bro parte nobilissima & diuinitati  
 plena, ratiocinationis fonte atq; officio  
 na, sede & domicilio voluntatis. Illi  
 namq; organa & principia virtutis  
 animalis, tam apprehendentis, quàm  
 eligem



cligentis seu volūtariè moventis: cui  
 τὰ ἐνορχιζντα ἡγεμονικὰ, id est, spiritus prin-  
 cipales sive animales tam sentiendo  
 quàm mouendo morem gerunt. Imò  
 cætera membrorum respublica jure  
 merito ipsi ancillatur, ac ut numen ser-  
 vili circumferunt gestatione, quod  
 censoria sua potestate dirigit omnia.

*πυραμοειδὴς figura oculi, extra orbitam  
 suam, intra quam oculebatur, exempti,  
 cuius basis extrorsum est, conus in-  
 trorsum ad nervum opticum.*

**O**Culorum in nostro corpore natu-  
 ra nullius prope partis contempla-  
 tione minor est: siquidem acies hu-  
 mani ingenij omnia in eiusmodi cer-  
 nendi organis & quasi parvis mundi  
 luminaribus exsequi queat. Sunt illi  
 speculatores totius corporis, altissi-  
 mum obtinentes locum, penes quos  
 intersensus cæteros imperium est, quæ-  
 dam quasi κατόπτρα, specula mentis &  
 rationis expressa & solida imago. Quā  
 si detraxeris, quis, quælo, erit oculo-

C 5 rum



rum, imò cæterorum sensuum omni-  
um usus? Qui ut mente & ratione ad  
suum quidem opus nil indigeant: ta-  
men nisi præstò ea fuerit, huc intentat,  
nullus sensuum ullam vim efficiendi,  
habebit, vt rectè dictum sit: *ὄψις ὁρῇ, καὶ*  
*ὄψις ἀκρόαται, δὲ ἄλλα κωφὰ καὶ τυφλὰ*, quic-  
quid interim de effusione oculorum  
argutetur Lucretius. In oculis ergò  
animus inhabitat, & profectò fene-  
stratus est: in his natura hominis ac-  
tacitus sermo exprimitur. Nàm cordis  
nuncij sunt quorum tum intentione,  
tum remissione, tum coniectu, tum  
hilaritate motus animorum præsentii-  
untur, ac velut penicillo adumbrati  
præsentantur. Hi lucis usu vitam di-  
stinguunt à morte. Oculorum orbes,  
quos natura concavis foraminibus  
conclusit, & per quos mens seipsam in-  
tendit, ut videat, constituuntur ex hu-  
moribus, tunicis, & musculis. Humo-  
rum tres sunt: *ὕδατος* & ab aqua di-  
ctus: *ὕαλος* & vitro fuso similis:  
quorum ille anticum, hic posticum  
obtinet. *κρίσάλλων* ◉ ◻ centrum pro-  
pè oca







teriore sui parte, qua Iride circum-  
 scribitur, assiduo humore terfa purē-  
 nitet, atq; instar cornu pellucet, cu-  
 ius duritiem etiam in noctua statim  
 ab Iridis circulo retrò æmulatur, ubi  
 ex contabulatis laminis invicem sibi  
 quadam serie applicatis condita cerni-  
 tur. Posteriore A paulo crassior est &  
 opaca, quæ propterea σκληρὰ nuncu-  
 patur, sicut altera illa, κερατοειδής. Quar-  
 ta & acinum vinaceum exprimit, aut  
 folliculum eius, cui avulsus est pedi-  
 culus, introrsum ad B compressa atq;  
 fenestrata, ubi acies cernendi est C, quæ  
 pupilla vocatur. Quinta, velut oculi  
 diametros est, succinctu suo medium  
 penè dividens in duos semiglobos  
 quorum anterior paullo minor est. In-  
 terstitium vulgus nominat, quo aque-  
 us & vitreus disparantur: idem quod  
 Ciliare, quoniam ex fibris ab vnea, cui  
 liorum more, quasi radiatione qua-  
 dam procedentibus confit. Huius me-  
 ditullium sexta obtinet, telam ara-  
 neæ mentita teneritate textus sui vnde  
 δαχνοειδής. Prorsum ea integit humo-  
 rem



rem crystallinum. Ei aduersa septima 7  
 retró cristallini partem obvelat, ne  
 nudus vitreo immergatur. Octava 8 à  
 reticuli similitudine ἀμφιβληστροειδής, ex  
 videndi nervo tenuissimè fuso dilata-  
 toq; pronascitur. Sed & lubricos ocu-  
 los Natura machinata est, & mobiles,  
 ut & declinarent, si quid noceret, &  
 aspectum, quò mens intenderet, in-  
 offenso videndi tenore converterent.  
 Quam ad rem sex musculos adepti  
 sunt, duos obliquos, unum, si hircuo-  
 rum situm respicias internum, alte-  
 rum externum; ab his alios quatuor  
 rectos: hi sursum deorsum & ἐκατέρω-  
 θεν ad latera dextrorsum laevorsumq;  
 ducunt, rectorum motuum procura-  
 tores: illi versant & circumferunt ob-  
 liquè, sed non absq; rectorum subsi-  
 dio. Inter obliquos vnus tantum apa-  
 ret, V. Inter rectos verò tres I. II.  
 III. latente exaduersus quarto, antas-  
 tonista medij. Medium rectum II. sum-  
 ma sui parte nonnihil invertendo de-  
 traximus, ut in conspectum venirent  
 tunicae oculorum, neruum opticum  
 vagi-



vaginæ in modum induentes, ac versus Cerebrum pergentes. In cono oculi, sive aditu ad cerebrum, cernere primum est nervum opticum D. peruium: in elixo enim, vel nuper mactati grandis animalis nervo, quasi cauitas deprehenditur: ab hoc è meningibuss cerebri productas tunicas, è tenui quidem Vucam 4, è dura 1 Crassam siue Corneam 3 adipe oblitam, Adeps E musculis interspergitur, valdè copiosus & lubricus, non planè nihil ad incomprehensibilem pernecitatem motuum, quibus obtutus reficitur, conferens, oculumq; ab iniuria siccitatis, aut παρασπῆ defendens.

## P R I M A

*Humani corporis figura, cui caput  
& artus præsecti sunt, & truncus  
appellatur.*

**B**Reuius historiæ huius filum esse debuit: idcirco velitatim & saltuatim scribimus interim animos lectorum  
nouit



non impedituri. In quascunq; autem  
 partes in republica corporis incidem⁹,  
 eas ita delineabimus, ut possint agno-  
 sci. Quo nomine solidum, quod cuiq;  
 lebere videmur, liquidò solvemus.  
 Lati colli muscoli, carnosæ mem-  
 branæ vniversum corpus obeuntis  
 uædam portiunculæ, infernè à iugu-  
 is ad confinia labiorum vsq; in mo-  
 rum Calanticæ expansi, obliquiori-  
 us, quàm rectioribus fibrarum acie-  
 us in anteriore colli sede concurrūt.  
 Musculus qui secundum dextram  
 mammam est, velut amiculum quod-  
 am pectori tegendo, brachium mul-  
 fariam pectori adducit, pro vt hæ vel  
 læ fibræ eius intētæ fuerint. In huius  
 parte humiliore, quæ torus est, id est,  
 culpa carnis musculosa & succulen-  
 ta, ad latera sterni, substantia mam-  
 marum utrinq; obiacet, per quas fons  
 es nutrimenti lactei infantibus deri-  
 untur, glandulosa ea, & admodum  
 ra, multoq; adipe passim obūta; ad-  
 æc vasculis intertexta vtcunq; fre-  
 uentibus, derivatis ab eorum pro-  
 pagis





ngine  
umbili  
muscul  
vascul  
ciant  
exten  
men i  
manu  
margin  
quom  
antur  
riam  
confu  
Quon  
gnatio  
in re  
neg; h  
abfu  
m sec  
Ex not  
Tuven  
quod  
earum  
is per  
um tr  
Curios  
minen



pagine, quæ sub osse pectoris versus  
 umbilicum sub recto abdominis  
 musculo, paulò post deducemus. Quæ  
 vascula hoc loci \* musculum F traj-  
 ciunt permeantq; , in viris quidem, ad  
 exteriorum musculorum nutritio-  
 nem, in foeminis verò insuper ad com-  
 meatum lactis: quo non rarò etiam  
 virginum nubilium, itemq; marium  
 quorundam mammæ gravidæ reperi-  
 untur, quibus nempè pulpa ea pector-  
 is amplior & fungosior est, aut aliqua  
 consuetarum euacuationum substitit.  
 Quo modo lac in vberibus inter præ-  
 gnationis *τεκμήρια* Logicis, Plinium ea  
 in re imitantibus, minimè deputari,  
 neq; hircorum mulctus Poëtis ampli-  
 us absurdus videri debet, siquidem no-  
 stro seculo Matthiolus hircos mulcit,  
 & potu lactis eorum comitialibus  
 subvenit. \* Capitulum mammarum.  
 quod papularum modo ad fastigium  
 earum extat, foraminibus ambagio-  
 sis peruium, quo [sucto] puer alimen-  
 tum trahit: Papillam latini dixere.  
 Curiosior senatus Grammaticorum  
 eminentias illas, mammæ, quemad-  
 modum



modū interiora, vbera mauult appellare. G Primus scapulam mouentium musculus sinister, subiectus ei, quod pectori brachium admouetur. H Sinistra ossis pectoris sedes, dimidio nuda, cuius lateri costæ numeris notatae 1.2.3. &c. cratis more affirmantur. I Digitatae insertiones secundi thoracem mouentis musculi, quas in octo costas superiores, nonnunquam & in nonam, pectinatim molitur, utroque latere conspicuae. K Musculi inter costarum interualla siti, staminum ductu in priora euariant. Nam inter cartilagineas costarum sursum, inter osses earundem contra deorsum prorepunt. Habitus abdominis exos est, & in eo octo musculi, quaterni obliqui quorum alij descendunt fibris suis; alij ascendunt: Bini recti, totidem transuersi, in utroque semper latentes singuli, licet pariter omnes hic expressi non sint. Extimus oblique descendens L secundum abdominis spacium musculus dexter, cum coniuge suo (quem hic resecuimus) toti abdomini suum inuolucrum efformat. Obliqui

qu



quē ascendens sinister M, ita descen-  
dēti obliquē subditus, ut fibras eius de-  
cussatum intersecet. *χιασμός* ille fibra-  
rum in imo abdominis litera N adum-  
bratur: ubi aliquot ex carnes fibræ ob-  
liquē descendētis musculi relictæ  
sunt. Alba linea O, in quam ob-  
liqui musculi velut enervati coale-  
scunt. Ea vice discerniculi est, medi-  
um ventrem in duas partes, dextram  
& sinistram discriminans, à summo  
abdominis ad pubem usq; promissa. Sic  
autem à coriaceo & ex angui corpore,  
multo nonnunquam adipe obfuso co-  
gnominata est.

P In medio lineæ huius umbilis  
cus est venarum, per quas in utero  
olim nutriebatur embryo, quoddam  
quasi segmentum *ἔλθα γαστρός* Aristo-  
teli. Hic in lucem editis castratus est,  
& ferè plerunq; intro secedit, atq; ali-  
qua abscinditur. Divina lex in sinu  
huius dominatum libidinis statuit:  
alibi in lumbis marium eam recon-  
dit. At in *σεῖσαι* id est, levi compagi-  
nis uertebrae dimotione indecorè  
prominet; quod vitium à nostratibus



mulierculis in nondum ephebis siue  
 investibus perinde curari solet, atq;  
 ventriculi ex assidua subversione ob-  
 orta convulsio, videlicet cute circa  
 extremum dorsi spondylum digitis  
 prehensa, atq; in sublime tracta. Cen-  
 trum corporis naturaliter umbilicus  
 est, modo probus sit corporis & mem-  
 brorum ad universam compositio-  
 nem commensus atq; commodatio.  
 Si enim homo collocatus fuerit superi-  
 nus, manibus & pedibus pansi, tan-  
 tum à medio umbilico aberit extre-  
 mum pedum, quantum idem à sum-  
 mo manuum, indeq; rotundationis  
 schema efficietur. Talis ergo parti-  
 um omnium ad corpus uniuersum re-  
 sponsus est, ne quid sit deforme. Me-  
 dius vmbro μεσόμεφαλον ἢ ἀκρόμεφαλον me-  
 ditullium dicitur: supra quod est ἐπι-  
 γάστριον ἢ ἐπομφάλιον: quod infra, ad pu-  
 bem & pilos pudendorum ὑπογάστριον  
 abdomen & ἡρπὸν aqualiculus siue iua-  
 men, quasi sagimen, & rumen pro-  
 priè in suis, quo vbera & carnosiss-  
 or pars specile in ijs continentur. Quae  
 lumini contigua sunt ἐπισείς pectiniis  
 & ἡβη...



& ἡβης five ἐφηβαίς nomine veniunt. Sinistri recti musculi q. finis in abdomine. R Peritonæi productio vasa περιεµατικά in viris amiciens, ne nuda extrà abdomen in scrotum procidant, adeoq; testes ipsos præcingens. Inguinum cavitatem farcientes adenes, vasis crura petentibus illic superstrati. Statuuntur hi iecoris emunctoria esse, perinde ut alarum glandulæ, cordis, quò viscera abijciunt, quicquid habent vel superflui, ut in crescentibus, in mensium instantia, aut eorundem suppressione: vel virosi aut maligni, ut in pestilentia: vnde λοιµώδεις βελώνες, soboles iecoris Aretæo, indeq; inguen (v̄ Festus loquitur) existit, id est intumescit. Ventri subnexa sunt genitalia, in quibus Penem T à præputio suo liberatum. V Glandē penis notat.

## S E C V N D A

### *Totius trunci figura.*


**A**nterior sedes asperæ arteriæ X ab incubitu musculorum libera, quā cartilagine r in dimidiatos orbes ad

D 3 C litteræ



c litteræ speciem adæ, in itinere ad  
 pulmones subinde intercipiunt, membra  
 branæ verò interiectæ devinciunt. 22  
 Dexter duorum musculorum, qui  
 ducto primordio à superiori pectoris  
 ossis sede in humiliorem regionem  
 scutiformis cartilaginis in larynge de  
 figitur. Dexter primi conjugij a dor  
 sum agentium. Dexter secundi coniu  
 gij b dorsum agentium. Inter motores  
 capitis primus c musculus sinistri later  
 ris. Secundus d caput mouentium  
 eiusdem lateris. Tertius e scapulam  
 mouentium. Secundus f mouentium  
 thoracem, cum serratis suis insertioni  
 bus. Duo clauium siue iugulorum  
 ossa g, sterni summo transversim ita  
 commissa, vt supremis costis incum  
 bant. Compages colli sunt cum trun  
 co. Os ipsum pectoris sternum h, linea  
 is interstinctum per unionem mutua  
 coalescentibus, in quod costæ integra  
 subeuntes concurrunt. Costæ septem  
 superiores perfectæ in leues sinus ossi  
 pectoris extremis suis cartilaginosis  
 ita conduntur, vt singulis integris  
 costis, singula pene pectoris ossa re  
 spondent.





neri ad  
mem.  
unt. z  
m. qui  
ectoris  
gionem  
nge de  
dor-  
conu-  
otores  
riate  
ntium  
apulam  
ntium  
rtioni-  
lorum  
in ita  
cum-  
ntrum-  
s, line-  
murū  
tegra  
eptem  
s offis  
inofis  
tegris  
lla re  
onder



spondeant. Quinq; inferiores costae  
 nothæ siue adulterinæ ad os pectoris  
 usq; minimè pertinent, sed sursùm re-  
 tortæ, ac velut abruptæ in cartilagine  
 finiuntur, quibus invicem sibi cohæ-  
 sanè pertinaci devinciuntur. Infimæ  
 costarum dorsum versùs abdita late-  
 Ab extremo sterni aptum est  $\pi\epsilon\chi\phi\phi\phi\phi$   
 b, id est, ensiformis cartilago, pectus  
 finiens, Amato Lusitano credita quæ  
 busdam poris pervia esse, ut onustus  
 ventriculus quadantenus perspiratio-  
 nem illac moliri posset, sed perper-  
 ram. Infra & circa hanc eo loci, vbi  
 præceps pectus è planitie in altitudi-  
 nem siue carnosam inanitatē velut  
 abruptitur, iter quaecunq; patet ad  
 sinistram ostium ventriculi, quod v-  
 teros  $\kappa\alpha\rho\delta\iota\alpha\nu$  dixere, ipsum deiectionis  
 verò  $\pi\epsilon\chi\kappa\alpha\rho\delta\iota\alpha\nu$ , Teutones hodiè Lac-  
 nam cordis appellant. Ab ensiformi  
 cartilagine, vbi recti muscoli quodam  
 quasi divortio factò mutuò dehiscunt  
 directò deorsum usq; ad umbilicum  
 videre est quandam asperitatem, quæ  
 coalitus obliquorum musculorum  
 cum transversis efficit.

Tertio



Tertium par musculorum abdominis *k* toris suis teretioribus admodum speciosum, directo tractu fibrarum suarum a pube sursum contendit, nerueis delineamentis *l* transversim inscriptum, ac velut cæsim interpellatum truncatumq; , quibus obliquè ascendens inibi gracilescens tenacissimè obhæret.

Transversus abdominis musculus infimus *m* reliquis omnibus specie membranæ substratus, ventremq; integens. Vestigium ad *n* reliquimus secundum latus externum dextri recti musculi, quo signatur coalitus obliquè ascendentis & transversi. Præsecto supra infraq; recto musculo *o* sinistri lateris, in summa *περιτεναίς* facie, *ὀπισπολαίως* exarata est κοινῶν φλεβῶν, id est, vasorum communium, sursum deorsum, vltro citroq; progressio, quæ admodum subter rectis musculis ea occurrit. Horum alia *p* ab axilla prope bipartitionē cavæ ad iugulos in externa thoracis emittuntur: alia *q* infernè è duobus truncis, in quos caudex cavæ & aortæ in aditu ad crura direm-



rus est, surrepunt. & Summis vasa am-  
 bo extremitatibus aut osculatione  
 mutua coalescunt, aut saltem inui-  
 cem sibi occurrunt. Vnde deduci poss-  
 se in foeminis videtur insignis illa *συ-  
 γένεια καὶ οἷον ἀδελφίς*, hoc est, com-  
 munio, & quasi germanitas uteri cum  
 mammis, argumentum diuinæ provi-  
 dentiae evidentissimum. Nam per hor-  
 rivos uteris sanguine ingrauescens de-  
 pletur, foetuiq; emissio commectus in  
 mammis gliscente lactis copia decer-  
 nitur. Quo nomine menstrua & lacte  
 Hippocrati *ἀδελφὰ* germana & quasi  
 consanguinea dicuntur, utrorumq;  
*ἡ αὐτὴ φύσις* explicatore Aristotele  
 Scilicet hinc deduci posse ratio vide-  
 tur, quod non multis ab hinc annis  
 cuidam foeminae sanguis, singulis men-  
 sibus praescriptione naturæ euacuari  
 solitus, commutata velificatione,  
 mammis liberalissimè prorupit, quip-  
 pè ante diem desierant menstrua, cum  
 haftenus respondissent quàm optimè  
 Neq; potuit foemina ulla ope aut im-  
 dustria amplius *γυναικωθῆναι*, id est, au-  
 muliebritatem quæ est in purgatione  
 menstrui



menstrua, postliminio redire, sanguine semel atq; iterum à norma naturæ egressio.

Quintam *συνγίαν* musculorum sumini, quod *συνγίαν* prisci nominasse videntur, elargitur Fallopius: quæ Vesalio pro carneo principio restorum putata est. A pubis medio, basi latiore exorsa illa, fibrarum suarum obliquo in priora ductu sensim fastigiatur in mucronem, & infra umbilicum desinit, triquetrum spacium occupans, quod ipsi à rectis, mutuò illic dehiscantibus, excluditur. Et hæc ipsius est *συνγίαν*. In hirsutis maribus tota illa regio pilorum segete nullam ob utilitatem, quasi ad quendam ornatum luxuriat. Deorsum ad inferiora vellit par hoc musculorum, quicquid infra umbilicum, & in primis vero in vesica conceptum est. Qui contra aliorum placita recti paris communem tendinem in os pubis defigunt, hosce musculos tanquam succenturiatos tutelæ crassi & communis illius tendinis præficiunt, ne in concubitu atteratur. Nobis à loco  
appellatur



appellare eos libuit vel ἡτρεαίς, quòd  
 lumen occupent, vel ἐφρεαίς, quia pu-  
 bi obtenduntur. / Peritonæi dimidia  
 pars imum ventrem metiens, & quæ-  
 cunq; ille continet, prensans circum-  
 sepiensq;. Porrigitur ab ima sede en-  
 siformis cartilaginis vsq; ad pubem::  
 abdominis musculos succingit, & pon-  
 dus intestinorū quomodolibet sustinet..  
 r Hoc loci peritonæi portio extrà ca-  
 pacitatem abdominis vnà cum geni-  
 talibus vasis in scrotum « clabitur, qui-  
 bus vice amiculi est.

## T E R T I A

### *Figura trunci corporis humani,*

**A** Perto thoracis ergastulo sustulim9  
 sternū x, vnà cum ipsi coartatis car-  
 tilaginibus r. Secundū sterni latera  
 venæ communes z, comitatæ arterijs  
 decliui itinere ab axillari è iugulis de-  
 currunt in elatiorem regionem abdo-  
 minis, donec sub musculis rectis con-  
 dantur. Δ Glans (Ἰσχυρὸν græca natio  
 appellat) sub editissima pectoris ossiss  
 sede:









...de n  
...ficta.  
...ffra  
...perfr  
...renta  
...rum  
...pro  
...us pr  
...as iu  
...lle la  
...qui in  
...egum  
...carni  
...huu  
...nor  
...pam  
...pates  
...quim  
...iute  
...figui  
...latum  
...accep  
...ut ne  
...tu me  
...dquo  
...Hac  
...arude



sede reposita, vasorumq; diremtui præ-  
 fecta. □ Costarum crates extrorsum  
 effracta tunicam exhibet ♂, quæ su-  
 perstrata vndiq; & immediatè adhæ-  
 renti perioftio, costas, mediaq; ear-  
 um spacia, atq; adeò thoracis ἐνερ-  
 γωπίαν siue capacitatem vniversam in-  
 tus prævelat: à quo succinctu ὑπεζω-  
 σµένον græcis dicta est. In hac dolor  
 ille lateris existit, longè acutissimus,  
 qui instar carnificis efflictim torquet  
 egrum, thoracis interiora laniat, ex-  
 carnificatuq; conficit. De laterum  
 huius concursu ad os pectoris confi-  
 unt mediastini ♂ vulgò dicti, hoc est,  
 panniculi ad media pulmonis dela-  
 tentes, thoracemq; intersepientes,  
 qui inter pulmones struuntur, & qua-  
 si intergeruntur, passim invicem con-  
 tigui, nisi ad os pectoris, pro cuius  
 latitudine & mutuò distant. Ideò  
 accepta illíc vulnera non perspirant,  
 neq; alibi, quandò pulmo interven-  
 tu membranarum costis astrictus est,  
 id quod vñ accidere aliquandò solet.  
 ○ Hac perlucet cor regium nonnihil  
 extuberantius. ☞ Gibbæ pulmonum  
 partes



partes costis conterminæ in quatuor  
 diffusæ fibras, quarum duæ elatiores  
 1. 3. totidem humiliores 2. 4. sunt.  
 Mucronata ossis pectoris cartilaginea  
 & Diaphragma est in medio discissum  
 ut sursum versum revelli possit.  $\gamma$  Pars  
 superior circuli membranei in dia-  
 phragmate, extrâ quam, quicquid  
 occurrit, carnosius est.  $\delta$  Epar sursum  
 & extrinsecus prominens, & ventriculi  
 lo leniter obiectum.  $\epsilon$  Ligamentum  
 teres, quo septo epar affirmatur ac di-  
 vincitur.  $\zeta$  Rima epatis (Ciceroni  
 fissa iecoris) intrâ quam umbilicalis  
 vena sese penitus abdit.  $\rho$  Umbilicus  
 cum meatu urinario  $\eta$ , & vesica  $\theta$  ad  
 huc peritonæo connexa, & arteriis  
 & foetui spiritum vitæ sumministrant  
 bus. Ventriculus  $\kappa$  cibi sarcina impe-  
 sè onustus, cui per transversum pan-  
 omenti  $\lambda$  anterior exilibus passim  
 conspersa venis & arterijs velut assu-  
 tur. Philosophus eius futuræ mem-  
 nit in historia animalium. subter  
 mentum est  $\mu$  adiposum tegmen ven-  
 triculi, ritu viduli aut marsupij inte-  
 na obnubens, vel potius ijs innata



unde etiam nomen ei factum. Ad su-  
 men paucissimis pertingit, plerisq; um-  
 bilicotenus, aut altius convoluitur.  
 deinceps truncatum à nobis & lacerum  
 exhibetur, ne situm intestinorum in-  
 specturis foret obstaculo, sub cuius  
 obtentu ipsa in alveo abdominis tan-  
 quam suo in contubernio latitant.  
 Infra futuram perlucet transversus du-  
 ctus coli, ita autem circumfertur è  
 dextro rene ad jecoris concava, & se-  
 cundum fundum ventriculi, ad lienis  
 usq; regionem pertinet, ut gracilia in-  
 testina sepiat, omnium amplissimum  
 & capacissimum *έντερον* excellenti no-  
 mine priscis nuncupatum. Ab hoc cru-  
 ciatus *κωλικοί*, quibus nihil dirius,  
 nihil immanius est, nomen invene-  
 runt, *ερόφοις*, id est, verminibus tor-  
 minibusq; interdum ocys iugulantes.  
 Hinc in sinistris quidem & circum-  
 ductum sinistro reni sese affirmat. De-  
 niq; devolutum per ilia ad pubis os  
 pessum mergitur: Ex tanta coli cir-  
 cumferentia, eiusdēque cum finitimis  
 partibus connexione, iam cuius facile  
 fuerit *της συμπαθείας τε καὶ σωτηρίας*  
 causam



causam indagare : cur nimirum in  
 cruciatu colico frequenter subuer-  
 ventriculū contingat, & cur idem  
 met, nephritico siue renum dolore  
 adeo germanus sit, vt non solū  
 ementiri eum, sed & continere vide-  
 tur. Hoc ergo loci  $\sigma$  rectum intesti-  
 num  $\pi$  incohans  $\kappa\alpha\tau$   $\zeta\iota\upsilon$  pergit in p<sup>ro-</sup>  
 dicem, extrema sui ora sphinctere mus-  
 sculo tanquā repagulo incinctum  
 ne ante iussu rationis, arbitrium  
 voluntatis sex aut flatus ab alio respici-  
 atur, quod contingere ijs solet, quibus  
 ex resolutione musculus procidens  
 iamq; retinendi impotens, alui sabum-  
 ram spontē exonerat.

Colum in dextris  $\epsilon$  à concauo i<sup>nter-</sup>  
 cinoris versus regionem renis in v<sup>itru-</sup>  
 stum globum  $\sigma$  protuberat : in cuius  
 sinistrum latus dehiscens ileum  $\tau$  ex  
 tremitate sua in fimbriatam valua-  
 intus definit, à me bis in cadaveribus  
 humanis, & in castore magna frequen-  
 tia confessuq; theatri nostri obserua-  
 tam annisq; ab hinc 21 VViteberg  
 primū, dein Norinbergæ unā cum  
 cruralium venarum valvulis in alic



rum usum editam. Semel atq; iterum  
 obstiterat ea mihi facturo periculum  
 an per cæcum & colum specillum in-  
 tra cavitatem ilei adigere possem. Sed  
 spe frustrabar. Idcirco dissecui & ob-  
 staculum reperi. In homine cutanea  
 illa valvula fimbriato corpore con-  
 spicua utriusq; intestini confinio præ-  
 fecta est, qua patefacta sentina cibo-  
 rum in colum depulsa promptius ex-  
 hauritur. Remigrare autem inde, nisi  
 in violentiore impetû, in summo præ-  
 cordiorum æstu, & nativa intestino-  
 rum vi resoluta, aut planè prostata,  
 vix potest: etsi interim perfunctoriè  
 ilei extremitatem oblèrat, non secus  
 atq; ἐπιγλωττῖς summum laryngis osti-  
 um. Hac ergo subter infusus alenti-  
 um Enematum cremor in gracilia in-  
 testina pervenire, atq; ipsamet officis  
 um suum vitale, ratione cuius secun-  
 das tenent inter partes nutricias, rectè  
 præstare queant: Ad quod cum fame-  
 ica intestinorum natura, tum deside-  
 rium τῆς οἰκείας τροφῆς familiaris nutria-  
 menti non instrenuam operam suam  
 commodat, Ab ima sede globi τῆς



κώλη cernere est appendiculum verius  
quàm intestinum, contorti lumbrici  
specie, quod cæcum v appellat, quia  
egressu definitur. Tàm exile hoc est  
vt difficile sit æstimare sitne ἐν ἐκείνῃ τῇ  
ἀφ' αὐτῆς naturæ instituta eius molitio, cum  
τὸ λεγόμενον ex ipso obscurum, sit neq; dumi-  
liquet. Sed de hoc alij me multò li-  
quidius iudicabunt. Nequaquam au-  
tem liberè pendet cæcum omni solu-  
tum vinculo, sed peritonæo firmiter  
affigitur. Quæ ergo quaeso ( si Galenæ  
fides habenda ) laxato peritonæo im-  
scrotum illabetur, aut ut labatur om-  
ninò, tantum tumorem, qui ramex di-  
citur, minuscule suo corpore poterit  
procreare?

*Delineatio valvule quemadmodum  
in fibro ad fores ilei prope cæ-  
cum occurrit.*

α Leon est, in cæcum satis grandi or-  
ificio exiens β. valvula in capacita-  
tem cæci intestini, quod in γαστρομάργ-  
γοις animantibus δούπερας γαστέρα am-  
plitudine sua mentitur; ita capax est  
γ Finis



γ Finis cæci  
intestini. δ  
globus seu  
tuber coli.  
ε ductus eius  
de defectus.



In hæc  
crassa inte-  
stina, tanquã  
corporis vni-  
versi senti-  
nam, recre-  
menta aridi-  
ora conve-  
niūt, quem-  
admodũ hu-  
midiora in  
vesicam re-  
trahũtur. Ne

Verò ariditate sua obhærerent resiste-  
rentue, quod propter voluminũ in in-  
testinis flexiones in se sæpe redeuntes  
fieri poterat, neq; sine perniciẽ, Natu-  
ra intestinorum parietes crassiore suc-  
co aut mucò potius intrinsecus oble-  
vit, quo tam bilis impunè defluens  
quàm cætera purgamenta ventris acri-



monia illius acta tersaq; facilius per  
lubricum niterentur, strictimq; , qui  
exitum ipsa patefecit, egererentur.

Φ. Glomus intestinorum gracili-  
lium ( quæ Plinio lactium, haud scio an  
à lacteo chyli candore, quem faciunt  
sicut alijs à bilis illuvie *χολαδών* nomi-  
ne veniunt ) natura in medium sub-  
duxit. *πύλωρον* deinceps ostendemus  
ad exitum ventriculi, cui continua-  
tur. Proximum ei ieiunium est, rario-  
ribus quidem implicatum gyris, ac  
pluribus vasculis scatens, cæterisq;  
inanius, quoniam nulla cunctatione  
chylum extrudit, affluentis in se bilis  
acrimonia lacescitum. Ileum tum foris  
plurimis orbibus labyrintheisq; atq;  
concameratis anfractibus, tum intus  
crebrioribus rugis ad diuturniorē chy-  
li moram involutum, ex succatione ma-  
que benignioris cremoris, interq; ilia  
& coxas subter umbilico utrinq; positi-  
tum est: qua quidem situs sui oportu-  
nitate ileum sanè quàm promptè exci-  
dere in scrotum potest, peritonæi pro-  
ductione hoc loci vascula seminarisa  
promittentis plusculum dilatata, non-  
dum



dum disrupta. Si absq; intestinorum voluminibus esset, profectò succus, quo corpus alitur, singulis membris commodè distribui haudquaquam posset.

Omniū intestinorum summa hæc provincia est, pylori transponendi chylum: jejunū digerendi, distribuendiq; ad jecur per mesaraicas portæ venas: ilei sequestrandi fecem ad cœcum, indeq; ad rectum tanquam in sentinam, vnde postea per sedem velut alui ostium exoneratur.

*Διαγραφή siue delineatio  
Mensenterij.*

**M**ensenterium ( vnde nomen factum venis Mesaraicis, quæ ab intestinis, tanquàm viæ in portas iccōris directæ sunt, ad chyli cremorem, postquam is ab intestinis direptus, & ab aridioribus recrementis secretus est, comportandum ) duplicatum peritonæum est, in medio situm intestinorum ad ea devinciēda, ne asperiore contactu spinæ lædantur, dura ob id membranaceaq; substantia constans.

E 3      Consper-





Conspergitur crebris vasorum  
 atq; neruorum furculis, hinc inde dis-  
 currentibus, quorum intermedia spa-  
 cia adeps copiosus insercit. In adi-  
 pem glandes insistant, cum ad vaso-  
 rum directus, tum ut intestina ma-  
 dore suo proluant. Inter glandes cor-  
 pus glandosum x propè centrum √  
 occurrit, appellatione excellenti, &

xab



50  
καὶ ὁπρεοχλω' ita cognominatum. Flexuosi margines ω, quibus intestina adhærescunt. Hic v rectum intestinum dorso alligatur.


*Præsens figura multas partes exprimit, ad collum & Ventrem medium attinentes, in qua eversum cor, & in dextram reiectum est.*

**A** Rteria a ob cartilaginosa natus ram τρεαχέα appellata, ad pulmones vsq; pertinet, animam, spiritu quæ ducta est, excipiens, eandemq; à pulmonibus respirans, & in os intimum reddens, per quam vox principio à mente ducto, ita quidem percipitur funditurq;. Respiratur primum à pulmonibus aer inutilis, perq; spiritalis cannæ rimam (Græci γλαττίδα nominant) à musculis laryngis traiectus, in vocalem spiritum ceu animatur. Simulac verò in oris amplitudine, tanquam patente cicuta, nonnihil ab obstantia faucium stipatus, concauoq; palati percussus fuerit, dædala lingua, tanquam plectrum modera-



tissimum, arguti acuminis sui in pa-  
 latum illis, in verba articulatim con-  
 cedit atque discernit, subsidio interim  
 venientibus labiorum compressione,  
 & dentium cumprimis offensione.  
 Atq; hæc sanè vim quandam incredi-  
 bilem artificiosi operis diuiniq; testan-  
 tur. Arteria Lactantio spiritalis fi-  
 stula dicitur, nobis canalis animæ, ex  
 qua pars eius redditur respirando, pars  
 ventriculo cordis concipitur, ad spiri-  
 tus vitalis educationem, & caloris na-  
 tiui conservationem. Nullus enim  
 ignis sine ventilatione & pastu aliquo  
 diu potest permanere. *λάρυγξ* summū  
 eius caput est, atq; ostium, edendæ vo-  
 cis (quæ Aristoteli est *ἀὴρ ἐσχηματισμένος*)  
 instrumentum primum. Is supræ  
 tegitur in epulando quodam quasi  
 operculo (*ὑπεργλωττὶς* B græcis dicitur)  
 ne, si quid in arteriam cibi fortè deer-  
 rauerit, meantis illac spiritus recipro-  
 cationem, intempestiua restagnatio-  
 ne impediat. Negligentiùs tamem  
 ab eo obthuratur, quò liquidioris po-  
 rus aliquid ad irrigandos pulmones  
 sensim defluere queat. C Cartilago la-  
 ryngis







ryngis maxima, veterum scuto similis nobis tangentibus obuia. Ei sube-  
 primum par priorum muscutorum laryngis D, obliquis in anteriora de-  
 orsum procurrentibus fibris prædi-  
 tum. Infra hunc dein init longus illi-  
 trames arteriæ E, constans annulis carti-  
 lagineis, in cicutæ modum compa-  
 ctis, & nexibus insuper membranem  
 inuicem cohærentibus, vocis causis  
 & spirandi: addo etiam viuendi. Non  
 enim vita à spiratione, ut neq; hæc ab  
 illa, potest separari, cum vtraq; simi-  
*ἀχώριστα*, atq; vtrò citroq; commeent  
 excepto quòd in strangulatis ab utero  
 mulieribus, & quibusdam animanti-  
 bus, hybernantibus in latibulis, solæ  
 arteriarum transpiratio vitæ aliquan-  
 diu tuendæ conseruandæq; satis effice-  
 potest. Cartilagine (quas græci de-  
 minutè *βρόγχια* nuncupant: *βρόγχος*  
 enim ipsa arteria est) à tergo versùs  
 vertebra, quæ canalus gulæ iuxta de-  
 currit, attenuatæ, aut potius abruptæ,  
 in membranam degenerant, neq; per-  
 fectum orbem absoluunt, quò crassi-  
 oribus esculentorum bolis, quos gu-  
 lones



lones auidè glutunt, mollitie sua ce-  
 dere possint. Nihilominus autem sem-  
 per patet arteria, quando nullam re-  
 quiem micandi spiritus habere potest:  
 2. Glandulæ laryngis, radici eius  
 utrinque annatæ. *FG* Trunci asperæ  
 arteriæ, in quos caudex eius ad pulmo-  
 nes finditur. *H* Gula siue stomachus ad  
 radicem linguæ hærens, ponè subterq;  
 euergit: quo cibus primùm agitati-  
 one & motibus linguæ depulsus, &  
 quasi detrusus, in ventriculum illabi-  
 tur. Oris utraq; ex parte tonsillas ca-  
 ttingit. *I* Tonsillæ in homine, in sue  
 glandulæ, stomacho & laryngi com-  
 munes, utrinq; assistunt, satis magnæ,  
 linguam & os partesq; subditas mado-  
 proluentes: Græcis *παρίσθμια*, vul-  
 go chirurgorum amygdalæ dictæ. Se-  
 cundum longitudinem stomachi & fe-  
 cem *τ βρογχίων* arteriæ, infernè ad  
 vasculos laryngis revertuntur redu-  
 s nervi *Δ*, inde *παλινδρομῶντες* nuncu-  
 ti, pulluli quidam sexti coniugij *K*,  
 inferiora secundum cervicem pro-  
 fusi. Ac sinister *L* quidem aortam  
 qua parte ex corde in dorsi verte-  
 bras



bras detorquetur, paulò infrà furculum  
 li N in basin cordis dehiscens exortu  
 tum, circumplicat. Dexter o eum  
 aortæ ramum P circumvectus ambit  
 qui in alam dextram procedit. Motu  
 vterq; recurrentium obeunt per simi  
 le me, qui in architecturæ machin  
 ope trochlearum completur. Repræ  
 sentant enim ipsi ductarios funes, qui  
 per trochlearum striatarum orbiculor  
 traiciuntur. His præfectis vox elicit  
 solet & animal obmutescere. **Q** Aortis  
 tæ portio obliquiore ductu sursùm in  
 alam sinistram pertendens. **R** Cauda  
 aortæ ex sinistro cordis specu exortu  
 r. Arteriæ *καρωτίδες*, quæ eadem & *λαγναι*  
*θαγγιναι* nec non *ἀποπληκτικαι* dicuntur  
 dextra & sinistra iuxta asperam arteri  
 am sursùm procedunt: quibus obles  
 aut contusis, aut vinculo, vel inie  
 one manus (quam prensationem Iu  
 daicam vulgus Teutonum vocare so  
 let) interceptis, homo in sterilitatem  
 nonnunquam castratur, quod pen  
 multum materiæ inde semini suppedit  
 tetur, tum cataphora, vertigine, ap  
 plexia, & caro soporifero more corū  
 quco



quos ἐμβροντήτες καὶ ἐμβροντημένους græ-  
 ci appellarunt, corripitur: etsi non  
 tam compressione arteriarum id acci-  
 dit, quam nervorum recurrentium of-  
 fensione, quando eadem habentur  
 parte ac situ. s. Cor liberum ab invo-  
 luto suo, & in dextrum latus devo-  
 lutum, pleraq; vasa oculis subijcit. Ea  
 propter ipsum unà cum pulmone ex-  
 pectoravimus. T Initium est venæ ar-  
 terialis, secundum quam nervulus  
 A cordis N exporrigitur, centrum basis  
 cordis aditurus. V Arterialis venæ in  
 dextrum pulmonem, X eiusdem in si-  
 nistrum progressio. Eodem pertinent  
 & arteria venosa r, & sinistri nervi z,  
 qui non revertitur, furculus. \* Sinistra  
 auris cordis. ζ Apex dextræ auriculæ.  
 tipus venæ cavæ α vinculo astrictus,  
 in quam sanguis confunditur, perq;  
 am ad cor confectus iam perlabitur.  
 γ δ. e. pulmonū lobi siue fibræ. ζ Sc-  
 ti transversus membraneus circulus. η  
 Eiusdem carnea portio lacera,  
 & fibrarum staminibus  
 interstincta.

Quar-



## Q V A R T A.

*Trunci corporis figura, in qua non solum membra suum tenorem ac situm in omnibus servant, sed etiam partes membrorum: ad quam pellegendis sequentibus, toties subinde revertere, quoties signum ¶ tibi occurrit. Cetera enim insititia sunt quibus historia interrumpitur.*

**T**Horax non solum ea pars est, quæ à jugulis ad præcordia usq; pertinet: sed etiam totum illud, quod intra iugula, ad genitalia concluditur: quod διδασκαλίας ἐνερὰ in ventres duos medium & imum dirimitur.

**MEDIUS** in corpore venter vitæ destinatus est. Circumscribitur infra quidem jugulis, infra transverso septo, circumcincta dorso, adlateribus costis & pectore. Cor θ princeps medij ventris membrum est inquires, δεξιὰ τῆς κεφαλῆς, καὶ τῆς ζώνης, hoc est, caloris, & quæ ab hoc sustinetur, vitæ sedes, & iugis scaturigo. Scilicet in hoc viscere  
quali









...miliare  
...mura lo  
...mi con  
...de in o  
...ut cas  
...ingum  
...ais eius  
...conce  
...era a tu  
...allam in  
...mōt fuit  
...horas  
...etro in  
...abitu  
...disce  
...oculla  
...ur huc  
...perdo  
...m & f  
...agus vi  
...Quo  
...amicon  
...cuimus  
...gura in  
...xali  
...unt; Coe  
...ntit in



uasculares esse focumq; oportuit, quo  
 naturæ fomites, & primordia ignis na-  
 tui continerentur, atq; pertinerent  
 inde in omne corpus: quo refrigerato  
 ut extincto occidimus ipsi atq; ex-  
 inguimur. Figura est πυραμοειδής.  
 asis eius: ad medium sub osse pecto-  
 is concedit. Extrema, quæ in mucro-  
 em & turbinantur, subter laeuam pa-  
 illam in thoracis priora demersa sūt,  
 unde fieri putandum est, vt anteriora  
 thoracis magis caleant. Etenim calor  
 etrò infringitur, tum ob interiectum  
 abitiorum musculorum ossiumq; so-  
 ditatem: tum ob algorem dorsalis  
 medullæ & vertebrarum. Suffragan-  
 ar huic sententiæ rigores febrium,  
 qui per dorsum inuadunt, calore inte-  
 um & sudore in pectore & ventre  
 magis vigentibus.

Quò verò penitius introspicì thā-  
 mi cordis possent, per transuersum  
 cuimus, quemadmodum patent ij  
 gura subiecta.

κοιλίας siue specus cordis gemini  
 unt; Coelio à muneris prouincia des-  
 ente metaphora diribitoria nuncus  
 pati,



pati, sinuosi ad-  
 modum. Dexter  
 & venosus, tenui-  
 or & capacior, in  
 quem crassus san-  
 guis è patentissi-  
 mo caue ostio re-  
 stagnans illustrior  
 redditur. Laeuus  
 & arteriosus, &  
 crassior, in quo  
 vapor roscido  
 sanguinis, à carne  
 pulmonum, assiduoq; eorum verber-  
 rudius extenuato, species vitalis spi-  
 ritus atq; ornatus ultimus induitur. S-  
 pium intermedium, satis spissum in  
 lud, sanguinisq; è dextro in sinistru  
 transcolationi minimè peruium, licet  
 is ab æstu cordis adeò extenuatus si-  
 ut aëris roscidiuè vaporis speciem in-  
 duerit. Per hoc ipsum interstitium  
 aut, quæ in eo insunt, foramina, sum-  
 qui etiam pulmonis vomicam, hoc  
 est, collectum pus ausint traducere  
 quò deinceps in caua ad epar, hinc  
 portas, tandemq; ad intestina de-  
 tum





um, internè exhauriatur. Quæ fanè  
 ia neq; expedita est, neq; conducibi-  
 is, neq; proxima. Veruntamen Gale-  
 us septi foramina huius κοινῶνίας ἐνεκα  
 xstitisse autumavit.

Cor non caret auribus. Geminis  
 utem præditum est: quarum dextra  
 caux ostio præiacet, sinistra \* sub  
 er caua ad ortum aortæ recondita: il-  
 a sanguinem, hæc aërem alterat, ne  
 pentino incursu suo offendant. Vena  
 inc inde circà caput cordis propagi-  
 bus suis sparsa o, coronæ in modum  
 mbitum eius redimit, στεφανία inde  
 meritò appellata, cuius nutritu cor  
 educatur. R Caudex magnæ arteriæ,  
 uæ veteri loquendi more vena nunc  
 apatur. Nobis differentiæ causa  
 ulsatis, quemadmodum Galeno  
 λένψ η σφύζουσι. Nam vena suapte vi-  
 mobilis est. Est tamen, vbi & ipsa  
 icat, motuq; tremulo vibratur, quo-  
 es videlicet per occultam cuticulari-  
 om meatuum siue pororum inspirati-  
 nem, & vasorum πρὸς ἀλλήλα συνανα-  
 μωσιν, qua nimirum ora sua, vnum  
 teri commercio quodam adaptant,  
 F aërem



aërem intra capedinem suam con-  
 perit. Contremiscere interdum videt  
 as etiam sanguinem in lebecæ post  
 etionem venæ, quem vulgus chyru-  
 gorum prius adhuc, quàm intepuerit  
 ingurgitare cogit eos, quibus detri-  
 ctus est, ratum subesse animam, qui  
 tali potatione corpori postliminio in-  
 stituatur. Arteria conceptaculum  
 vitalis spiritus, misti cum tenui  
 sanguine. r Vena arteriosa nutriti-  
 nis ergo expansa pulmonibus, quæ  
 quasi quoddam ἐργαστήριον sunt vitalis  
 spiritus, in quem etiam residuum  
 alitione sanguinem elaborant. S-  
 cundum huius posteriora dixim  
 neruulum N a sinistro recurrente di-  
 ctum, trajecto cordis inuolucro  
 basis meditullium pertinere. Hic  
 mirum subornat Fallopius cohortes  
 neruorum sanè quàm numerosam, in-  
 ticulari vasorum in calua seriei nil  
 quicquam concedentem, quin potius  
 eam superantem, quæ ab alijs pro  
 gamento putata sit. Ad hunc finem  
 tam esse eam existimat, ne tam nobis  
 le viscus stupidius iusto redderetur

α Cauda



Caudex caua, quæ conceptaculum  
 est nutrimentalis sanguinis cum natu-  
 rali spiritu confusi. & Cordis inuo-  
 lucrum ab anteriore eius sede in late-  
 ra reiectum, græcis *ἑμάριον* est, cor-  
 di vacuum relinquens ad ciendos mor-  
 tus suos interstitium, tam laxum, ut  
 nonnunquam cordi liceat artem in ea  
 facere ludicram, atq; in pectus emi-  
 care, hoc est, insolentius palpitare,  
 gestire: quod in animorum perturba-  
 tionibus accidere constat. In hoc eti-  
 am, tanquam in penu quodam, ros-  
 cida humiditatis nonnihil continetur  
 irrigando cordi, ne motu perenni fa-  
 tiscat. Augeri illa à morte vi funesti  
 frigoris solet: cuiusmodi de vulnerato  
 Christi latere, in cruce uberiore copia  
 prodigiosè scaturijt.

Pulmo & spirandi artifex  
 officina, vngula bubula modo bifidus  
 & mediastino diremtus, ac sinistra sui  
 parte, qua cor operit, sublatum. In hoc  
 inest raritas quædã, & assimilis spongijs  
 mollitudo, ad haustum vitalis vœu siue aë-  
 ris aptissima: qui tunc cōtrahit se aspiras  
 tunc, spiritu dilatat *ἐναμαζ*, id est, vicib9



& alternis, eaq; vicissitudine recipi  
 ca recipiendi reddendiq; anhe-  
 tus, vita in adultis sustinetur. Foetus  
 autem vtero etiamnum degenti, a  
 ter prouidit Natura, qui pulmone  
 fide, neq; dùm operi accincto pub-  
 co, per os non respirat. Vt verò nil-  
 lo seciùs, non modò nutriri, sed &  
 vere, immò etiam formari, mem-  
 brisq; corporari suis posset, tam Cava  
 Venæ candelæ sub basi cordis, ad dex-  
 tram eius auriculam, in arteriam v-  
 nosam, quàm Aortæ stipes eodem  
 met in loco, in venam arterialem, se-  
 osculis duntaxat, seu peculiaribus di-  
 etibus peruij sunt. Vtrisq; sanè per com-  
 modè in pulmones deriuari comme-  
 tus potest illac quidem sanguinis, a  
 conformationem educationemq;  
 hac autem spiritus, ad vitam insit-  
 caloris distillationem. Hæc vasa ab ip-  
 sa statim natiuitate tanquam emerita  
 & rude donata sua, perinde vt vasa  
 umbilicalia, solent coalescere. a  
 πῆς, Vena iecoraria, quæ & Cava dis-  
 citur, è conuexo iecoris egressa in dex-  
 xtrum cordis sinum hincit ostio patenti-  
 tissimo



recipiuntissimo, prorsumq; oblitescit. Quo  
 anhelus ductus fortasse Aristoteles, ut arte-  
 riarum, ita venarum *δεχὴν καὶ ἐξέσσυται*  
 in corde statuit. Paullò superius ad  
 extram è caua pullulat vena illa soli-  
 taria *b*, omnisque coniugij expers, spa-  
 tibus costarum ramos, quibus veluti  
 publicis in itinere suo fulcitur, effun-  
 dens, & ad secundam ferè lomborum  
 vertebra usq; descendens: quo loci  
 ad dextram ramis cauæ, aut emulgentis, fini-  
 tiam præsertim, circa genitalis venæ ex-  
 ortum iungitur. Propter hanc renum  
 cum thorace communionem, id est,  
 mutuam affectionem, ritè & *καὶ ἔξιν*,  
 sine multis ambagibus, pulmonis  
 omica lotio creditur exhauriri. Di-  
 ortum siue bifurcatio vasorum, pri-  
 squam iugulum attingunt. Horum  
 partim ad axillas *d* emanant atq; hu-  
 meros: partim per cervicem fursùm  
 contendunt in caput. Venæ cervicis  
 incedunt comitatæ arterijs carotidi-  
 bus, quibus impactò vulnere læsis, in-  
 terfectis, vel præstrictis laqueo, vel  
 sanguine concreto præpeditis, (quod  
 malum vulgò Gutta dicitur, germanis



Der tropff) animal corruit morte sopor  
 rifea, atq; eliditur, spiritus influxu  
 corde intercepto: Vnde lisa appellatur  
 se Donatus putatur. Glandiū Δ, adeo  
 insigni nomine sic vocatur, ad iugul  
 in sede thoracis elatissima, ubi collu  
 trunco insistens in cauum quoddam  
 σφαιρὴν dehiscit. Vasorum direm  
 vice puluim ad incubitum aternit  
 ἱμῶν indigitarunt græci, siue quod le  
 cusis cædi admodum opportunus si  
 seu potius, quod in perturbationib  
 animorum spiritus impetuosiore a  
 sultu impactus in eum, identidem  
 reciprocatus, tanquam in scateb  
 ebulliat, atq; efferuescat, ac thorac  
 cem aduersus insidias induat. In t  
 tonum gratiam Columbus Lactes n  
 minauit. f Qui media bifurcationis  
 iugulo sede propendent ramuli, in  
 utroq; latere singuli atq; detruncat  
 vnà cum tenuioribus sui portionib  
 siue propaginibus, quas obiter in fin  
 timis partes pectoris distribuunt, v  
 næ sunt mamillares, subter ossē p  
 toris deorsum ad abdomen exporre  
 Etæ: quo loci, sub rectis musculis ob



iam eunt epigastricis, quæ per humi-  
 oreni regionem à pube aciebus ade-  
 versis & in procinctu stantibus surri-  
 guntur. Ac ne videar pensi parum  
 neminiſſe, in ſecunda figura trunci,  
 p. q. insignitas veterum autho-  
 ritate κοινὰς φλέβας nominaui. Sub  
 Caua a enascitur magna arteria g, è  
 ventriculo cordis sinistro, commea-  
 tum vitalium spirituum per ramos su-  
 os tanquam tubos, quorum multi &  
 crebri toto corpore intexti sunt, quo-  
 quoverſum distribuens, ſalutaremq;  
 & vitalem calorem impertiens. Duo  
 hæc vaſa inter ſe quaſi civili concili-  
 atione & ſocietate coniuncta, mem-  
 brorum rempublicam nutricantur,  
 conſervant, ſuſtinent. Aortæ trun-  
 cus protinus ut è corde proſiliit, bipar-  
 titò ſinditur in duos prægrandes ſtipi-  
 les, quorum minor ſuſum, maior  
 deorſum ad dorſi vertebraſ explicatur.  
 Multi ab ea infra ſupraq; riui deſluunt,

Et hæcenus quidem ut noſtra tu-  
 lit imbecillitas, de medio ventre ad  
 ſummum ſapientiæ æquilibriū confor-  
 mato breuiter, qui diaphragmate ſi-  
 nitur.

F 4 Figu.



Figura diaphragmatis, quod est limex  
 seu marca, ut loquamur cum Gallis  
 & confinium quoddam duorum  
 ventrium, Medij & imi.



EST autem διάφραγμα velut paries  
 intergerinus, obliquiore interie  
 ctu suo vitalia à naturalibus, regio  
 nem cordis ab imo ventre & intesti  
 nis dirimens. Latini dixerē præcor  
 dia, quia cordi obtentui est; Macro  
 biu



pius disseptum, pro quo apud ipsum  
 perperam nulloq; sensu dissipium  
 legitur. Huic acceptam olim retulere  
 subtilitatem mentis, unde *Φρένας* Græ-  
 ci nuncupavere, siue quod non con-  
 ferre nihil *εἰς τὴν Φρεσίν τε καὶ νοεῖν* videa-  
 tur, seu quod eo inflammatione affecto  
 mens oblædatur, Cerebro in confor-  
 tium mali pertracto. Eius inferior  
 circumferentia duntaxat hîc conspi-  
 cua est. Summum eius caput A, in me-  
 dio membranæ ritu prætenue, tendi-  
 niq; finitimum est. Finis B, craticu-  
 larum adulterinarum ad extremum  
 firmatus, multæ carnis particeps.  
 Interior circulus C sursùm obtusius  
 mucronatus, membraneam septi na-  
 turam, pars verò, quæ eum foris un-  
 iq; ambit fibris striata, carneam de-  
 nit. Duo insignes canales id traijci-  
 unt, gula D, & vena cava E: Aorta,  
 & secundùm Vesalium, caudex venæ  
 parentis pari, rimam eius F transit,  
 quam propendula ligamenta G ad  
 ambobos porrecta efficiunt.

¶ In INFERVM corporis  
 entrem culina abditur, quem ex-

F 5 terna



terna circumscriptio ab ima ossis sterni  
 num & pectus finientis regione, utrinque  
 que per cartilaginosa costarū extremis  
 (græci *προχόνδρια* appellant) ad ilia  
 & inguina, tandemq; ad pubem præ-  
 tensa metitur. Septo transverso iectu  
 ita sub est, ne ipsi tanquam flabelli  
 præcordia ventilanti obsit. Sic di-  
 ctum, quod iuxta cordis vires potes-  
 statem exerceat suam, velut illi ass-  
 dens in excitanda vi appetitionis, qui  
 ad vitæ pertinet fomenta. Hic in pri-  
 ora sursum reductum est, ac resupina-  
 tum, quò simæ eius partes I, & vesi-  
 culæ O intra eas reconditæ situs em-  
 susq; portarum melius notari possent.  
 Quo factum ut septum sublituerit.

Iecur ex visceribus vegetationis  
 organum est, & principium venarum  
 quibus tanquam riuis in omne corpus  
 discurrens humor, quem amplexu su-  
 calfactuq; concoxit, vniuersam rem-  
 publ. membrorum succis vitalibus in-  
 rigat. Quia enim publico muneri præ-  
 est viscus id, nequaquam patitur, ut  
 ullum dispendium intertrimentum  
 crediti sibi a ventriculo chyli fiat, quod  
 minu-



minus cum & creditori ventriculo, &  
 membris cæteris puriorem defecatio-  
 nemq; cum foenore redhibeat. Speci-  
 em gerit limi sanguinis concreti. Lu-  
 menato sinu K obliquatur in parte læua,  
 qua locum amicè cedit, subiecto sto-  
 macho L, cum ventriculi orificio co-  
 alescenti. Ad finem eius occurrit vin-  
 culum M, cuius ope phrenibus epar-  
 adalligatur. Caudex portarum N trur-  
 catus illinc emergit, vbi cauum ieco-  
 ris sinibus quasi sulcatum scinditur,  
 cum promontoriolis quibusdam (Hie-  
 conymus pinnulas vocat) audacius  
 prominentibus, sed hinc delitescenti-  
 bus subter ventriculo, exasperatur.  
 Per portarum venulas, quæ in intesti-  
 norum capacitatem ἀναγομῶνται, tan-  
 quam per manus exintestinis, & alio  
 cretus a reliquo cibo succus is, quo  
 alimur, permanat ad iecur. Folliculus  
 felli O parte iecoris caua resimaquæ  
 dextris propendet, duobus ferens  
 felli ductibus insignis: quorum  
 unus P abscissus hinc amarissimum li-  
 quorem in sese ex epate allicit: alter  
 eidem in duodenum exonerando  
 dica-




dicatus est, ut acumine eius, quam  
adhibito stimulo intestina irritentur  
& cibi reliquiae abstergeantur. R Veni  
ab umbilico in fissuram iecoris insecu-  
ta, embrijq; nutricula: quo in lucem  
edito tanquam emerita ipsa ac victa  
degenerat in ligamentum.

*Gibbum iecoris, quod dorsum spectant  
& spinæ accumbit, una cum supina v-  
sice vrinariae parte, & postica sto-  
machi, praesens figura ocu-  
lis subiicit.*

*a* **G**ibba siue conuexa iecoris.  $\epsilon$  Haec  
sede epae permittit, aut emittit  
potius caudicem venae cauae  $\gamma$ , cum  
duobus ramulis  $\delta$  &  $\epsilon$ , diaphragma  
vtrinq; sursum exporrectis.  $\zeta$  portio  
vinculi, quo jecur phrenibus ita sub-  
ligatur, ut quasi aptum ab eo videatur  
sustineri. Ligamentum \* iecur dia-  
phragmati affirmans. Truncatus stom-  
achus  $\eta$ , cui ea in parte, qua is sinistro  
vetriculi orificio  $\theta$  continuatur, amicus  
iecur locum cedit: nonnihil sinu-  
tum. Nervi  $\kappa$  in orificium sinistrum

à sexto








à sexta coniugatione neruorum cen-  
 bri immissi. λ Ventriculi portico  
 reliquo ipsius corpore vulsa. μ Trun-  
 cus *πυλών*, id est, portarum, quas à  
 cæto candore chyli, quem allicit, à  
 cætas arabum familia indigitat. In  
 hunc & caux caudicem, vena um-  
 blici in iecur dehiscit, nutricula ff-  
 tus. ξ Vmbilici, qui universi corporis  
 centrum est, facies interna. Ex hoc co-  
 orsum pergit *ἔραχος* ο in medio,  
 vesicæ tumentiorum fundum, qui  
 quoddam eius suspendiculum: quod  
 lotium fætus expurgari putatur Vex-  
 lio. Eustachio tantum in cornutis  
 peritur. Secundum latera huius  
 minæ arteriæ π. ς, altrinsecus surre-  
 sunt è ramis aortæ, pubis ossium  
 ramina adeuntibus, fætui priuati  
 dedicatz. Quatuor hæc vasa olim  
 dum utero ferretur infans, magis  
 vsui erant, emerita iam tota, & re-  
 accepta tantum non superuacua  
 Vesicæ vrinariæ pars posterior. ¶ V-  
 teres neruosi canales, quorum in-  
 tio fit propè ceruicem vesicæ, paulo  
 suprâ corpus glandulosum υ, (quod  
 vec



reluti duarum glandium sibi accum-  
 pentium, annatarumq; & continua-  
 um imaginem refert) ubi vasa  $\phi$  se-  
 men à testibus deportantia ex resultu  
 id os pectinis coalescunt: atq; obli-  
 escunt in vesiculas quasdam  $\chi$ : quæ  
 propter gyros & vertigines, in quos  
 perplexè admodum inuoluuntur.  
 Herophilo *παράσταται κισσινδεῖς*, id est,  
 varicosi astites, Vesalio autem gyri &  
 infractus nominantur: suntq; genita-  
 i semine etiamnum grauidi atq; præ-  
 gnantes. Huius enim *πυμῆα* sunt, &  
 quoties vel copia, vel qualitate, vel  
 traq; molestum id fuerit, promunt.  
 Musculus vesicæ cervicem ambiens,  
 notus arbitrarij quidem, ut musculi  
 æteri, præses: at non omninò tamen  
 ui mancipij, siquidem effluxum lotij  
 strictione sui perpetuò prohibere  
 non potest: ut neq; sphincter alui ex-  
 crementa, neq; musculi thoracis ex-  
 istas à calore cordis fuligines, vel ani-  
 mam, quæ ducta est spiritu vsq; co-  
 hibere. Naturæ enim necessitas tana-  
 lem præualet, ut rectè de ijs pronun-  
 ciat Nemesius, *τὸ ψυχικὸν τῷ φυσικῷ*, id  
 est,



est, animæ opus cum naturæ munere  
coniunctum esse.  $\omega \ \xi\rho\eta\theta\rho\alpha$ , id est, m  
atus semini & lotio communis.  $\mu$   
Bina penis corpora textu ad suscipi  
endam spiritum rarò, atq; spiracul  
pleno, diremtu medix  $\xi\rho\eta\theta\rho\alpha$ s inu  
cem separata. 3 Glans, in quam me  
tus urinx & feminis definit, immu  
à præputio.

 Stomacho proceriori subii  
cta est alvi siue ventriculi natura s, :  
latitudinem & longitudinem lagem  
modo fusa, cibi & potionis commu  
ne conceptaculum, & officina  $\chi\upsilon\lambda\alpha$   
 $\sigma\tau\omega$ s, id est, primæ concoctionis. Ideo  
paterfamilias dici meruit, quasi om  
ne animal solus gubernans. Nam  
ægre sciat, vita in ancipiti est, deficient  
te com meatu publico. Gemina ip  
ostia sunt, quorum sinistrum T, quod  
veteres ( siue secuti hac in re sensui  
vulgi & opinionem popularem, siui  
potius ob periculosam cordi viciniam  
atq;  $\xi\upsilon\omega\acute{\alpha}\phi\epsilon\iota\alpha\nu$  )  $\kappa\alpha\rho\delta\iota\alpha\nu$  appellare com  
sueverunt, annexum est phrenibuss  
longè maius altero, quippè in quo  
semmanfa adhuc, aut saltem minù  
exquirit



exquisitè à dentibus confecta esculen-  
 deuoerentur, inque follem ventris  
 condantur. Dextrum V strictius,  
 citus est ventriculi, ideo πύλωσ  
 ominatum, quòd alimentum tan-  
 uàm ianitor vsq; eò cohibeat, quo-  
 id potestate caloris tùm insiti, tùm  
 uentitij ex adiacentibus splene &  
 core, tùm spiritus appulsu atq; sub-  
 dio, sibiq; ingenita temperie ac pro-  
 ietate ventriculus elaborârit. Hinc  
 orta aut potius detexta intestina λή-  
 εως καὶ ἀποκρίσεως αἰτία Democrito  
 incupata, continuo ductu defluunt.  
 ab concuum epatis ventriculus ma-  
 a sui parte abstruditur.

# FIGURA.

*orsum exprimens faciem ventriculi  
 & vesicæ fellis.*

Rovidentissimus rerum author &  
 molitor Deus ventriculum cibi re-  
 ptaculum in medio locauit, quo  
 mùm cum potus humore permis-  
 , dein concocto, liquefactoq; vi-  
 es succos membris omnibus ex  
 uo dispartiretur, vniuersūq; corpus  
 eò vegetaret.

G

Α ΟΙΟΝ



α οισοφάγος, Lactantius ciballum  
 fistulam, nos Gulam nominamus:   
 non inscitè Martialis ingenium tristi-  
 it: quoniam sapiens est eorum, quibus  
 vescimur, potulentorumq; iller-  
 bra perfruitur. Hinc Philoxenus gra-  
 tho cam sibi collo gruis proccrior  
 optare solitus est. Summum eius  
 ad linguam annexum fauces voca-  
 tur: postremum y stomachus teste E-  
 nio, dehiscens in summum ventricu-  
 In ruminantium genere argutior In-  
 insertio & paulò altior est, aliter per  
 properè deglutitum pabulum revo-  
 ri inde, dentiumq; moletrinae reco-  
 haud posset. δ Tonillæ commun-  
 in intimo atq; extremo palati, salu-  
 prægnantes. Iter œsophago est in  
 interiora cervicis κατ' ἐνδον: mox sub pro-  
 mone demersus in quinta dorsi ve-  
 tebra confidit: cui interiectu corporis  
 ris glandosi e etiam affirmatur. Hinc  
 super quinta & consequentibus ve-  
 tebris modicè dextrorsum primu-  
 se erigit: tandem sub Caua ad finem  
 strum reclinatus superscensa Aorta  
 septum traiecit. Medio stomacho su-  
 cessit





cesophago, quâ is asperæ arteriæ in  
 duos diuisæ truncos substernitur, ad  
 quintam thoracis vertebram, duo vi-  
 suntur glandosa corpora e, quæ sto-  
 machum, ad siccioris esculenti velut  
 per lubrica transitum expeditiorem,



perenni rore ceu perfundunt. Quo illis cor  
 ci hic canalis utroq; versus contem  
 quetur, & tracheæ iuxta incumben  
 do adiacet, solet nonnunquam in  
 quibus uilli gulæ aliquantò imbec  
 liores sunt, dùm accelerata degluti  
 tione loquicupiant, bolus esculent  
 resistare, anhelitum interciperet  
 strangulationemq; vnà cum suffoca  
 tionis periculo intentare. Quos vultu  
 gus è uestigio aut desultu ex locis ecc  
 tioribus liberat, aut pugno intra sc  
 pulas scitè considerateq; illiso. Hic copia  
 namq; succussione infarcta gula expul  
 ditur, compressu coarctatuq; guttu  
 liberatur dilataturq;, atq; anima ægri  
 glutientibus redux revertitur. Eodem  
 dem præsidio, quod certè tussi sæpe  
 numero subsidio venire debet, explicat  
 ditur etiam, si quid de esca in trame  
 tem æstuantis animæ, qui stomacho  
 vicinus est, (plebs nominat die vnrecht  
 te fehlen) inter loquendum errore dec  
 uenerit. § Nerui è sexto cerebri comiti, in  
 iugio promissi, sinistro orificio sessum  
 mutuo complexu impingunt: inde  
 multiplici serie distributi in reliquum  
 ciu



Quod corpus adusq; canulentum fun-  
 um in tenues exilitates exhauriun-  
 ur. Horum commercio iunctus est  
 cerebro ventriculus. Proinde quoti-  
 in alimenti penuria ab inanitis ve-  
 is in se pertinentibus mulsus suctus  
 e fuerit, non tantum esurit ipse, sed  
 cerebrum vibratis nervis laceffit,  
 t membra instiget ad procurandum  
 abulum. Stomachus summo ven-  
 triculo à lava committitur, vbi y si-  
 natum est. Venarum & arteriarum  
 copia exuberat ventriculi substan-  
 a, quarum quædam coronæ ritu si-  
 istrum orificium præcingunt, aliæ  
 et elatiorem eius partem, aliæ per  
 emissiorem siue fundum discurrunt.

Figuræ species etsi capacitatis  
 rgō globosa est, nihilo tamen seciùs  
 icurbitæ in modum lateraliter por-  
 gitur, ob ductuum canaliumq; inser-  
 onem. Ad utrunque ostium intus  
 uasi fimbriatum est corpus ventri-  
 ali, inq; limbos protuberat: in quo-  
 um læuo  $\theta$  stomachus ventriculo  
 ontinuatur: è dextro, intestino  
 m tela longa serie detexitur. Hic so-




lummodò adumbratus limborum loci  
 cus est, & vestigium quoddam litterarum  
 θ, consignatum. In inverso autē ventri-  
 culo expressi sunt, & cuius obuij. V  
 fica fellis κ (noxius humani corporis  
 ris inquilinus, vbi humor eius effe-  
 buerit ex candueritue) magnitudini  
 pijri, cum poris suis *χοληδόχοις*, um  
 singulari ac decliui λ, directò duodlo  
 num ad eunte: altero ac cliui μ iectu  
 versùs multifariam diuiso: quem su  
 perius abscidimus: hic propè portarum  
 rum explantationem haurit sorbet  
 ex epate purgamentum pessimi fain  
 guinis: ille in intestina idem defert a  
 fordium depulsionem, quas ipsa na-  
 turam acrimonia interpellans sua um  
 secum eluit. Quo loci machinatio  
 ne quadam atq; solertia natura im-  
 plantationem eius fabricata est. Fall  
 lopius aditu prohiberi fel ait, dum  
 intestina chyli cremore etiam nutu  
 distenta sunt, repulsumq; diverter  
 in suam vesiculam, quoad exsucto cre  
 flaccuerint: quod ipse non tam rep  
 risse, quàm à Natura didicisse vide  
 tur. Verum ne ipsa illa vesicam



on frustra, saltem casu temerèue ma-  
 hinata sit, eoq; nomine à Momo ac-  
 usari merito queat, nauitas homi-  
 um, nostri seculi geminas valuulas in  
 orpusculo biliaris vesicæ aperuit,  
 nam, qua bilis infunditur, alteram,  
 qua collecta inibi exoneratur in inte-  
 stina: posteriore hîc omnis diuerten-  
 ti occasio lurido humori præcisa est  
 non prius dehiscens quam felle præ-  
 gnans gliscat. Tum primum enim il-  
 lud nequaquam stilatim sed affatim  
 depellere in intestina seseq; ab onere  
 euare suo satagit. Fit via vi à turgen-  
 te & urgente ferocioris fellis vberta-  
 te: vt adeo alium ad finem follicu-  
 us fellis non sit conditus à natura,  
 quàm ut fel in se corriuet, aggerat, &  
 tandem per emissarium suum coueni-  
 enter amandet. Quibus præterea in  
 ventriculum porus è vesicula assurgit,  
 & bilis ἀκράτος (vt Cicero nominat)  
 ut, ut Hippocrates, καταισθης mera  
 & abunde saturata eijcitur, ij κακός &  
 καχοὶ sunt, & ad ipso statim vitæ pri-  
 mordio miseri, biliosi ἢ Φύσας habitu  
 & conformatione. Rima v intra cas



pacitatem duodeni, qua bilis se infundit, paulo inferiore loco est, quàm introitus, vt artificiosa insertio, & co-  
liquitas eius utcunq; possit notari. Glandulosum corpus  $\xi$ , pyloro  
duodeno assistens, vt vasa eò digerere  
sustineat.

 Lien x sub præcordia, & co-  
stas adulterinas in sinistra parte con-  
ditus est, aduersus iecur, specie lin-  
guæ bubulæ, spongiæq; imagine,  
facilius sanguinem crassiores seccan-  
do & alliciendo repurgaret feculen-  
tiam. Quà ventriculo accumbens  
concauus est, extrinsecus intumescens  
in gibbum. In huius imo, à ramis  
venæ, in lienem iam iam insertio-  
nem molituræ suam, furculus r  
fundum ventriculi reijcitur, residuum  
à nutritione succum atrum squa-  
lidumq; & fecis vinaceæ æmulum  
eructans prodigensq;. Hac ex alue  
ventriculi aliquid in lienem rapi pos-  
se, testantur rugitus & murruræ  
quæ in spleneticis *ὀδονώταις* statim  
atq; frigida hausta est, solent exis-  
tere.

Lien



Lien unâ cum portarum ramo, magna  
 sui parte in ipsum dehiscente, & cum  
 Venis ventriculi summa perreptantibus,  
 Pancreate atq; Omento in hac fi-  
 gura delineantur.





72  
a Porum notat, quem lien è por-  
suscipit, in aditu ad ipsum inte-  
diuisum, quo crassa & lutulenta sin-  
corum cluuias, è cauo iecoris haustis  
nutritionis gratia in lienem distribu-  
tur. Is unà cum tenuibus ramis vassu-  
rum in itinere fulcitur pancreate  
glanduloso corpore & carniformi  
tanquam molli stragulo, plurimis sec-  
tente glandulis. Vena grandis c  
inferiorem omenti membranam di-  
fusa. Venæ d, è ramo portarum sec-  
arrigentes, cinctu suo ventriculi li-  
uum orificium, coronæ in modum  
ambiunt, quædam ceu ventriculi in-  
signia. e Reducta lienis pars, in qua  
truncus ille portarum a numerosa st-  
bole absumitur: cuius infima □ su-  
tus spargit furculum, partim transue-  
so itinere in sinistram fundi ventriculi  
sedem perreptantem, vt fecem san-  
guinis melancholici eò abijciat, par-  
tim via decliui se se omenti membra-  
næ offerentem. f Omentum ( κύρ-  
ἀπάσης κοιλίας nominat Democritus  
in uentris capacitate fluctuans, obna-  
tansq; intestinis, viduli siue marsupii  
speciei



specie: cuius pars ad laeuam decisa  
 tq; eversa + imum lienis mucronem  
 tetegit, quem aliqui vnà cum inte-  
 stinis cæteris circundat. Geminae  
 mento membranae sunt *g b*, a perito-  
 neo pronatae, adipeq; & vasorum sur-  
 culis passim conspersae: quibus velut  
 aginis interiora prouidens natura  
 inclusit. » Hac caudex portarum in  
 mesenterium disseminatur.

¶ Renes *z* ambo supini altrina-  
 rii cùs hærent, infra iecur, in regione  
 lomborum, lateribus cauae venae ad  
 extrahendum è sanguine serum allo-  
 cati: quod quidem præstant, uti cate-  
 rorum membrorum respublica vni-  
 uersa, nempe *ἡ ἐξ ἡτῶ τῇ φύσει βία*, aut  
*ὁμοιότητι τῆς ὅλης οὐσίας*, totius substan-  
 tiae similitudine: aut, ut collineemus  
 propius, *ὁρεῖται τῆς οὐκείας ποιότητος* hoc  
 est, naturali desiderio, ac velut appe-  
 titu sibi conuenientis qualitatis. Re-  
 nes dexter & plerunq; altior, sinister  
 depressior est. Quà cauam spectant,  
 inuati: extrinsecus ad ilia, quasi in-  
 tusae lineae speciem more fascicolo-  
 rum globosi. Vtriq; suum inuolu-  
 crum



crum adipe oblitum  $\gamma$  abstraximus  
 ut vasorum insertiones in resinam e-  
 rum partem sub oculos caderent.  
 medio Cauæ littera  $\delta$  posita demon-  
 strat emulgentes venas, more dispo-  
 forum brachiorum vtrinq; eductas  
 perinde ut inferiores  $\zeta$ , quæ in mu-  
 culos dispensantur. Per emulgentes  
 dilutior sanguis è proximis Cauæ secun-  
 bus exstringitur. Ita autem emulgentes  
 gunt non absq; prouidentia rationis  
 ut ostium vnius alteri ex adversum, si-  
 non  $\epsilon\kappa$   $\delta\iota\alpha\mu\epsilon\tau\epsilon\rho\varsigma$  respondeat. Tenu-  
 tatibus admodum exilibus dispersæ  
 renum substantiam oblitescunt.  $\epsilon$  Si-  
 milis est arteriarum ex aorta lumbi  
 annexa propagatio.  $\zeta$ .  $\delta\epsilon\eta\tau\eta\epsilon\varsigma$ , can-  
 les nervosi, proceri sunt, è concaui-  
 renum producti, per quos urina siue  
 saccatus humor (ita namq; Lucretius  
 lotium indigitare placuit, quòd per  
 corpus universum quasi per sacculum  
 percoletur) in vesicam corruat  
 Vesicæ lateribus propè collum miri-  
 cè admodum implantantur. Non enim  
 directò, sed reflexu sinuoso, & in an-  
 fractum conuoluto, Vesalio quidem  
 inter



inter tunicam peritonæi & propriam  
vesicæ: Fallopio verò, inter duas pro-  
prias medijs sese insinuant, ne illapsus  
in vesicam humor remigret.

*Figura hæc renis interiora & pe-  
netralia exhibet.*

En parte sui  
resima per  
medium disse-  
ctus subijcitur,  
quò pandi me-  
tus parietes, &  
utrospici pene-  
tralia possint.  
a notatus est.  
nus eius me-  
us & ceu ven-



quidam, aut cisterna, ab vtretere  
formatur, in quem lotium vndeli-  
riuat, nihil mordacitate sua  
labefactare. γ γρητήρ, id est, po-  
s urinarius in ramos aliquot, ple-  
nq; autem nouem, nonnunquam  
plures paucioresue digitatim  
ditur, qui anserum pedes explica-  
vel interiores palmas digitis inui-  
cem



cem implexas representant. Eorum  
 extremitates in renis substantiam  
 cundum conuexa eius sensim oblita-  
 rata absumentur.  $\delta$  Dorsum re-  
 oblongius, quod intrà sinum spectat  
 carne densius stipata.  $\epsilon$  Subalbida  
 runculae, seu glandulae verrucosae,  
 cundum dorsum renis more papill-  
 rum extuberantes, eiusdem planè cu-  
 dorso substantiae, nisi quod fungo-  
 sunt, ac poris, pilum haud perm-  
 tentibus, passim peruia. Pori in  
 muneri obscœnum humorem im-  
 num stillatim percolandi deleg-  
 sunt: quæ est lotij à sanguine seu  $\kappa\rho\iota\varsigma$ ,  
 seu  $\epsilon\kappa\kappa\rho\iota\varsigma$ , qualis scri à lacte  
 questratio. Secundum quæ iam ap-  
 pi Ephesij illa possunt ac debent, de  
 de membrana incerniculi comm-  
 tatur. Non enim aliud incerniculi  
 neq; colatorium aliud, aut  $\iota\pi\lambda\upsilon\varsigma$   $\eta\tau\epsilon$   
 $\delta\omega\varsigma$   $\kappa\alpha\tau\alpha$   $\tau\epsilon\tau\epsilon\eta\mu\epsilon\upsilon$   $\textcircled{C}$  id est, membrana  
 instar cribri plurimis pertusa for-  
 nibus alia quærenda est, præter di-  
 iam spiracula caruncularum in  
 brana succinctarum, quæ in dilac-  
 tis distentisue carunculis velut sta-  
 num acies cernere licet.



Dicebamus in præcedentibus  
 us è renibus lotium per vteros des-  
 inari in vesicam. Vesica igitur  $\eta$  cor-  
 oris matula est, & lotij laguncula  
 uadam, sub pectinis os in antrum  
 oxarum directa: in viris recto inte-  
 ino, in foeminis etiam vtriculo an-  
 exa, & in genitale procumbens.  $\theta$   
 undus siue clatissima sedes vesicæ,  
 ius medium tuber, locum repræ-  
 ntat  $\tau\delta$   $\delta\epsilon\acute{\alpha}\chi\chi$ , id est, meatus urinae  
 ), ad umbilicum pertinentis. Supra  
 unc, portio intestini recti  $\kappa$ , (quod  
 esicæ substratum in podicem definit)  
 situr laqueo astricta.  $\lambda$  Corpus glan-  
 osum ad vesicæ collum est, quod a-  
 rgo suscipit vascula, semen à testi-  
 us delatum condentia. Quæ vasa au-  
 m semen deferunt, ea vides hîc ad te-  
 es  $\Delta$  primùm conuolui, mox sur-  
 m versùs posteriora vesicæ, more te-  
 tium neruorum resupinari. Litera  $\mu$   
 notantur. Vesalius humilimæ vesicæ  
 sedi, infra corpus glandosum  $\lambda$ , sub-  
 it  $\sigma\phi\iota\gamma\kappa\tau\eta\rho\alpha$  musculū, ad penis radis  
 m, vice ianitoris præfectū retinendo  
 tio, ne præter arbitriū & nolentibus  
 effluat



effluat. Estq; velut fascis fibrarū tram  
 uersarum, in orbem vesicæ collum cu  
 gentium. Fallopio spincter supersta  
 Arantiois geminus est. Rationes h  
 rum librandas lectori perpendenda  
 relinquimus. ζ. *ἐνθρα*, fistula coriacea  
 qua lotium è vesica mictu forās pro  
 funditur, è collo eius in glandem vss  
 directa. Ex eadem semen in man  
 evibratur. Assistunt ei utrinq; du  
 corpora o penem constituentia, qu  
 in glandem mucronatam π quasi con  
 lescunt. Virga ipsa π cernitur flac  
 cida, nonnihil intorta instar s, quem  
 admodum subter commissura ossium  
 pubis procedit. Summa sui parte  
 ventri substricta est, cætera autem  
 pendula. Scilicet hæc illa pars e  
 corporis, quæ aliterius coniunctione  
 eget ad procreandum.

☞ *De vasis genitalibus viri.*

VEnarum feminalium dispar exor  
 tus est. Dextra enim ε prodit è triū  
 co Caux, secundum spinam repenti  
 quæ sanguinem fert depuratum, egre  
 gieq; percoctum. Sinistra σ ab emul  
 gent







& (ut sic dicam) delineandi prouidentia à natura delegata est, utrimque  
 lento orru, neq; sine cunctatione  
 lumbis ad ilia deurgunt, ubi in vnâ  
 compagem *ὑπεραμοδῶς*, id est, è  
 filatiore in mucronem, deorsum  
 stigmatam coeunt. Mox dein supra  
 pubis coxendicisq; regionem  $\phi$ , abd  
 minis amplitudinem cum producti  
 ne peritonæi & egrediuntur, muscu  
 comitata cremastere  $\psi$ , ex ilibus ca  
 nem assumente, qui testium suspens  
 diculum quoddam est. Statim ut ex  
 ciderunt vasa, admirabili sui conto  
 taq; implicatione capreolorum vitt  
 um, hederæuè, aut calamistratoru  
 cincinnorum æmula, in varicosu  
 corpus  $\omega$  degenerant. Quo in itinere  
 mora ea, quam natura viarum pe  
 plexitate nectit, vis seminaria ex farni  
 guineo in album colorem, velut riu  
 dimentum futuri seminis, demutatu  
 haud dubiè *Πρόπον τῆς δυνάμεως*, id est  
 facultate à testibus irradiatione qua  
 dam demanante. Plexus varicosus  
 per inguina ad testes ita labitur, v  
 corpora eorum non subeat, sed iij  
 propter



propter caput incumbat, vnde Ἰπιδι-  
 ος *ἱπιδιός* meritò dictus est. Testes Δ ob  
 im tūm σπερματοποιητικῶν, qua pollent  
 ipsi, tum procreandi, quæ in est, prie  
 ana gignendi organa, maribus exstant,  
 rominentq;: qui πῆς θλασίαις ἢ θλαδίαις  
 ranguntur rumpunturq;, θλαδίαις  
 colliduntur atq; atteruntur, ἐκτομίαις  
 unditus parcium illarum stirpes inci-  
 untur, spadonibus euelluntur: eus  
 uchis vnà cum cole demetuntur,  
 ui castrati inde dicti sunt. Mollis  
 orum & cavernosa, glandulæq; assie  
 nilis substantia, duabus tunicis ijsa  
 emq; proprijs conclusa est, si à duo-  
 us illis communibus involucris, ru-  
 oso nimirum scroto, atq; carnosio,  
 niuersum obeuntibus corpus disces-  
 cris. Earum exterior hîc obuia, quo-  
 iam carnis fibris conspersa subru-  
 et, ἐρυθροειδής: mitra altera proximè  
 immediatè ambiens, ὀμὴν νευρώδης ap-  
 ellatur, quam genitalia vasa furculo  
 um benignitate spaisim attingunt.  
 ab epididij mîde primordia ducunt  
 asa semen deferentia μ, conuoluta  
 rimùm illa, & ad humilimam testis



um sedem contorta, vnde sursūm  
 sternerui teretia resiliunt, mox  
 præceps iterum acta per decliue cor-  
 rum spacium, in varicosos astites (qui  
 in inuersa vesica urinaria & literat  
 præ notauimus) ampliantur, tra-  
 demq; in ἔμφραυ desinunt, per qua  
 stimulante Venere semen euibratu  
 muliebria conferit arua.

*Vasa generationi famulantia in  
 foeminis.*

PLeraq; gignendi partes foemii  
 cum viris communes sunt, except  
 testibus, qui in altum corporis pec-  
 tius abstrusi iacent, neq; extra v  
 trem pendent, atque vtriculo (Tim  
 us Platonis aruum verecundè nor  
 nat) medijs in ilibus, vbi nascent  
 consistunt initia, & in quem hum  
 corporis, in quo nascendi materia  
 est, & causa gignendi, cum sensu v  
 luptatis ad propagandam successi  
 nem ex adiugato corpore emittitur  
 atq; coaguli modo in sese primum gl  
 meratur, omnem ferè cibum ad sec  
 rapiens, eoq; septum tempore de  
 corporatur, in speciem hominum

guir



pratur, ac demum animatur, vita  
 uè imbutur. Idquè fit secundum  
 os, quibus tradux animæ, hoc est,  
 criuatio eius vnà cum semine in con-  
 ceptum absurdus videtur, maribus  
 uidem maturius, foemellis serius: il-  
 die quarto ferè ac quadagesimo,  
 s quinquagesimo.

Sed diuortium sententiarum de  
 origine & insertione animæ ab anci-  
 ti vendicare, neque nostri juris, neq;  
 ius loci est. Sufficiat scire in præ-  
 sentia, ferendarum animarum ratio-  
 nem vni ac soli Deo subiacere, qui le-  
 gem nascendi tenet solus, siquidem so-  
 lus efficit: cuius munus est, quòd spi-  
 ritus, quòd viuimus, quòd vigemus.

Commistio genitalium venarum  
 $\tau$ , & arteriarum  $\tau$ , instar habet pyra-  
 midis  $v$ : è cuius mucronato cono sur-  
 gunt quidam  $a$  in fundum vteri disse-  
 minantur. Ab hac init plexus ille va-  
 cum imagine  $c$ , similiter pyramida-  
 rum, cuius basis testi commissa est. Te-  
 stis mulieris  $b$  finis atq; compressus,  
 rili mollior & humidior, multis con-  
 tans vesiculis, sibi inuicem annatis, in

H 3 modum





modum varicosorum παρασπετών, id est  
vesicularum, in quibus semen ad cia-  
culationem tanquàm in penuarijs cel-  
lis colligitur: quibus etiam multò su-  
milior, quàm testis videtur. Unica am-  
bitur



bitur membrana prætenui, cui tam va-  
 a semen in uterum comportantia,  
 quàm contextus varicosus applantantur.  
 Namq; peritonæi processus, quo  
 uterus, & quæ ad hunc pertinent, sta-  
 miliuntur, subter duntaxat testem per-  
 tringit, non autem circundat, neq;  
 involuit.

Quocirca etiam vasa solum cir-  
 cumstant temerarioq; circumvectu,  
 ut in viris, testem amplectuntur, ac  
 semen excipiunt per membranæ tene-  
 oris spiracula resudans, quæ in cada-  
 veribus spiritu caloreq; profligatis oc-  
 cecantur. Quà testi accumbunt ea,  
*ἰδιόφυιδ* nomen quibusdam me-  
 rere: quæ verò recedunt ab ijs, & ite-  
 re flexuoso, in gyros atq; vertigines  
 ortilium lumbricorum, aut more  
 arum in vespertilionibus voluuntur,  
 donec in uterum hiscant, deferentia  
 appellantur. Quo autem loco dehif-  
 unt, utrinq; in utero eminent obtus-  
 ores apices (græci *δορυφόρος* *μασσοδείς*  
 cant) instar sororiantium mamillas  
 m, aut cornuum iam mox prorup-  
 torum. In brutis cornua veriùs di-



xeris, quàm in hominibus. Foetæ mulieris vterus ē (quem locos alio nomine appellant, & ab involuendo vocant, nam, nos ab angustia, Gurgustium quod inhabitamus, prius quàm in lucem edimur) in coxarum capacitatem inter rectum intestinum, & vesicam hîc in latera reiectam, situs est, omniaque, quæ alio circumscripta sunt, in ea continentur, nobilissimus: ut nec sine causa Plato ζῶον ἐπιθυμητικόν, animal generandi avidum, nuncupasse deatur. Cùm vterus gravidus non esse refert formam maiusculi pyri. Vt rîo ope tenuium vinculorum astringitur, quibus laxatis, vterus veluti arbor ramus huc illuc versus Ilia susq; decurrere licenter potest, iucundos odores vestigando affectari, foedè olentia nostra refugere: quo nomine ζῶον Plato cum nuncupavit, Aretæus πολλὰ ἀγχομένη ζῶδες. In interiorem capacitatem per dicta iam cornua iter esse contendit Galenus, quicquid semen infertur, quòd comprobatur videtur seminis in prægnantibus emissio.

Bulg



Bulga matris, vterus gravidus, &  
 foetu turgidus, sarcinam gestiens de-  
 onere suam, hinc cingitur, & ut fa-  
 cies eius interior appareret, quadri-  
 ariam sectus ipse, & partes  $\square$  eversa,  
 aluarumq; ritu discessit sunt. Mem-  
 branæ foetum inuoluentes duæ sunt,  
 teneræ & transparentes: vna externa  
 Chorion ζ, cuius conuexa pars ma-  
 tricis concava ita adaptatur, ut nus-  
 quam cohereat, nisi ad orbicularem  
 diffusionem, qua inter sese superficies  
 tanquam glutine vna alteri deuinci-  
 untur. Affusio ea η (Placenta Fallos-  
 io dicta) est nihil aliud, quam glo-  
 bulus quoddam, ex vario, & interim  
 planè mirifico vasorum vterum pe-  
 centium, & eorum, quæ ab umbilico  
 foetus noua illis quasi aggenerantur,  
 complexu contextum, cui ad securita-  
 tem sanguis interspergitur. Similitu-  
 dinem gerit speciemq; sanguinis con-  
 arbat, ardore tosti, exhaustoq; vapo-  
 res aridi, atq; concreti, cuiusmodi est,  
 ὄν. παρεγχυμάτων ἢ προχυμάτων. Cho-  
 rion θ, quod de segestribus foetus  
 num est, passim palantibus venulis




& arteriolis conspergitur, quarum in  
 la sanguinem menstruis cieri solitum  
 circuitibus, hæ spiritum afferunt, in  
 meditullio affusionis orbicularis con  
 untibus, quibus uteri vasa \* in di  
 pennis valuis adumbrata responden  
 debent. Totidem autem numeri  
 sunt, quot ipse uterus habet. Vteri  
 fundus \*, supra quem portio intestini  
 recti \* conspicua est: & cervix eiu  
 dem, unde init sinus muliebris, siue  
 genitalis sulcus, in quem collum vesi  
 cæ µ inseritur, lotium eò profundenas  
 \* Vasa inferiorem partem vteri, cervi  
 cem & sinum implicantia, quorum  
 origo est, ab ijs ramis, qui utrinq; ad  
 coxas & crura contendunt. & Vesica  
 urinaria eversa. Hæc vice straguli em  
 brijo in utero superiacet: quemadmo  
 dum intestina, tanquam eulcita aliu  
 stercorebus farta atq; inculcata, eidem  
 ad decubitum substernuntur. Tam  
 sribola auctore Plinio animalium ori  
 go est, quæ secundum Arnobium, in  
 vtero dum sunt, inter stercoreis vtress  
 & saccati humoris obscœnissimas fec  
 rias degunt. Ο σπηγγες sive canales vri  
 narij



arij, in utrumq; latus abiecti.  $\pi$  Os  
 erucis vteri. 1. 2. Exstantes collicu-  
 eiusdem, iuxta quos labiorum mo-  
 o margines orificium ambiunt.

Apertis summotisq; inuolucris  
 uibus *τα ἐμβρυα* ad diem vsq; nata  
 em quasi indormiunt, conspiciun-



ur iam vasa vmbilici, ex collectione  
 rcumquaq; dispersa, & in orbicula-  
 em affusionem oblitterata. A Chori-  
 n. B Orbicularis affusio, siue carnea  
 bstantia ipsi obnata, orbi plenæ lu-  
 e similis. In chorij internam super-  
 ciem C vasa vmbilici prius velut in  
 scem collecta digeruntur. Ea littera

D notat



D notata sunt. E *ἀμν* membrana  
 priore tenerior, velut tela aranei, &  
 foetui, quem hic exclusum esse cernis  
 extrinsecus in orbem proximè cum  
 cumiecta. Chorion totum succin-  
 git. Funis vmbilici F, per quem cer-  
 tubulum quendam foetus prima fo-  
 menta suscipit, hoc est, tum sangui-  
 nem ad nutritionem, tum spiritum  
 vitalem ad sui refectionem fugit: qui  
 nomine Salomon ei sanitatem impu-  
 tat. Aegyptij grassatores, qui pro  
 supplicio viui hodiè exuuntur corice  
 satis confirmant, quantum is momen-  
 ti ad vitam sustinendam & succiden-  
 dam habeat. Nam ita demùm magni  
 cum crutiatu viuunt, si tortor vmbi-  
 licum ferro non attingat. Eo tacto  
 illicò expirant. De causa huius re-  
 sanè mirificæ, quā indicare solum, non  
 explicare volumus, doctioribus qua-  
 rendum erit vltèrius. Quo nomini  
 infantibus recens natis ab assilente  
 parturienti scalpro cautè admodum  
 præsecetur. Conditus is est ex venâ  
 aliàs vna, aliàs gemina G, & duabus al-  
 terijs H, *ἑρᾶχω* item I, iuxta Vesali-  
 quide:



quidem opinionem, vbi amnion ex-  
 cesserit, desinente, lotiumq; foetus in  
 interiectum vtriq; involuenti mem-  
 branæ spacium exonerante. Sed non  
 reperitur is, nisi in cornutis, & urina  
 intra amnion citra noxam ob sudoris  
 ammissionem colligitur, utrisq; inuo-  
 lucris undiq; adeò pertinaciter invi-  
 cem commissis, vt inter ea neq; recipi  
 quicquam humoris, neq; colligi pos-  
 sit. Omnia vasa induit Κ κέλυσμα δερ-  
 ματικόν, id est, putamen coriaceum,  
 nodis quibusdam & non interceptum,  
 sed distinctum. Omnes hi canales in  
 am editis in lucem ferati cessatione  
 orgere solent, residuesq; tandem exo-  
 lescere. M Cæso siue foetus præcox an-  
 te statutum tempus vtero exemptus:  
 quem ritu Naturæ capite gigni mos  
 est, pedibus efferri. Namq; subeni-  
 um circumagitur. Secus Agrippis  
 accidit, qui nascentes in pedes proce-  
 unt septem nonnunquam, aut ple-  
 unq; nouem Lunæ cursibus, qui men-  
 ses appellantur, quia mensa spacia  
 perficiunt. Ita autem natali die nudi,  
 in humo nuda statim ad ploratum  
 edimur



edimur in lucem pariter omnes, <sup>partus</sup>  
 vsuram eius sponte naturæ lamentu <sup>peccatis</sup>  
 bili vagitu invocemus. Nullum <sup>teos neq</sup>  
 animalium aliud ad lacrymas abijco <sup>stunt</sup>  
 tur, & hoc protinus vitæ principii <sup>scilicet</sup>  
 Quod augurium est vitæ ab ipso lucc <sup>nefer</sup>  
 rudimento pænitandoq; orsu ad fr <sup>natu</sup>  
 gilem conditionem & crebram <sup>scilicet</sup>  
 tem calamitatum: cuius quicum <sup>quisque</sup>  
 semper memor fuerit, nã is demu <sup>pum est</sup>  
 æqua lance vitam pensitasse suam n <sup>o curo illu</sup>  
 bis censendus est. Editur autem <sup>fœtus</sup>  
 tus exacta gestationis periodo, plus <sup>viras at</sup>  
 minus septimo aut nono mense, par <sup>at</sup>  
 tim sua ipsius, partim vteri contenti <sup>us</sup>  
 one, genio nimirum defraudatus su <sup>us</sup>  
 tam ob molem corporaturæ, quã <sup>us</sup>  
 calorem cordis: Huic enim respira <sup>us</sup>  
 one liberiore atq; olim in vtero op <sup>us</sup>  
 est, & lactis ad nutricatum comm <sup>us</sup>  
 tu liberaliore atq; uberiore. Am <sup>us</sup>  
 perfectum partum nihil à foetu ed <sup>us</sup>  
 tur vitale. Hinc octimestres foetus <sup>us</sup>  
 cuntur parenti Medicinæ <sup>scilicet</sup>  
<sup>scilicet</sup>, esse & non esse, nasci quidem illi <sup>us</sup>  
 & viuere, sed quoniam minus diu v <sup>us</sup>  
 cturi sunt, esse non videri. Cuiusmo <sup>us</sup>  
 partu



partus Palladae nominatur & dicitur  
 neuter, vel generis neutrius, neq; vi-  
 rus neq; mortuus, quippe praecox &  
 actutum obiturus, nisi coeli suffragi-  
 um seruârit: quod de terra Aegypti  
 refert Aristoteles, in qua octauo men-  
 ti nati non ferè intermoriuntur, sed &  
 feliciter adolefcunt. Nam octime-  
 stris qui est, venit post diem partus, qui  
 ptimestris esse debebat: ante diem  
 crò illius, qui nonimestris erat futu-  
 rus. Fatalis ergò & funestus omnis  
 vitus ante diem, atq; post diem etiam.  
 Huius generis Festo exterricini-  
 us, & Ciceroni Latinorum  
 scientissimo abortus.



SCE



## SCELETVS QVO SER

es ossium atq; compages ἐκ κεφαλῆς καὶ  
πόδας in conspectu ponitur

Nemo callet, inquit Ecclesiastes. quemadmodum ossa solidamenta corporis formentur in aluo materna. Ea in humano corpore nodata adjuncta inuicem nervis mirabilibus commissuras habent, & ad stabilitatem aptas, & ad artus finiendos accommodatas, & ad motum, & ad omni nem corporis actionem: minimè solidi, ne in gradiendo pigritia & gravitas retardaret: sed cavata, & ad vigorem corporis conservandum munda, & intrinsecus referta: quibus membra tanquam retinaculis utitur excurrere aut resistere, minimo nutu, labore numero totius corporis molem temperant & flectens. Eorum σύνταξις siue constructio ἀνα λόγως, hoc est, temperatione partium, coaptatione ac responsione numero, proportionem quadam artificis, & naturæ cōpacta, nervisque substricta σκελετὸς græcis dicitur

Diurno



Vive memor mortis,  
Perpetis, illa pios

sed cum spe divite vitæ  
post sua fata manet.





let cum de digne  
pottus ista manet

Vive namor mortis  
Pectus illi pios



iu



*Dividitur is tripartito in Caput,  
Truncum & Artus.*

Capite complectimur caluam & faciem. Calua cerebrum vt galea indiget (vnde *κρανίον* dicitur) globosa, nisi quòd in vertice extuberat, circa tempora vtrinque compressa est. Ex superioris ossa eius pectinatim instarque serrae dentatae coaluere, quas græci *ραφᾶς*: de quibus supra. In feruidis terrarum tractibus nonnunquam sine eiusmodi suturis calua est, *ἀρραφῆς*, qualis Hippocrati sana putatur, nempe firmissima, & ab iniurijs & extrinsecus imminuentibus malis tutissima. α Os *μεσώπριον* Frontis prominens, quod in medio sæpè finditur, futura sagittali ad *σφρόγγον*, id est, intercilium, & ad radicem narium prorsus pertinente, idem uè in viris pariter atque in mulieribus. Partu in lucem edito mollicuius adhuc est. Eo autem loci *τὸ α* statimimus, quo veteres senorum suorum frontem, si quid deliquissent grauius, poenæ nomine litteris per igno-



miniam inurere soliti sunt. Qui Plu-  
 nio sunt vultus inscripti: Plauto ser-  
 inde litterati dicti, supra quod velu-  
 totius ædificij fastigium vertex est, in-  
 ter quem & sinciput diu ad pulsus ar-  
 teriarum micat, priusquam solidetur.  
 Vtrinque ad  $\alpha$  quasi frontis proiectus  
 est, ubi superciliorum subgründia om-  
 bitæ oculorum obiacent. In aver-  
 parte occiput hic occultatur. Quo-  
 vtrunque interiacet, *ινίς*, id est, verticis  
 os est  $\epsilon$ , vnde tanquam è centro circuli  
 lus, capillorum seges in orbem mini-  
 me indecorè vertitur. Horum pri-  
 mum commissurâ coronaria, alterum  
 lamdoide, tertium sagittali siue vir-  
 gata definitur. Vtrinque sunt ossa tem-  
 porum *κροταφῶν γ*, sic dicta, quod pul-  
 sus arteriarum illic evidens, & infla-  
 ta plaga lethalis sit. A multitudi-  
 nem autem processuum *πολυδῆ*, à dūriti-  
 petreæ *λιθώδῆ* nuncupantur, futuris, quæ  
 imbricis more applicantur auribus  
 circumscripta. δ Os genæ superioris  
 cuius caro, qua inuestitur, eminens  
 tior & verè lactei ruboris, corporis be-  
 ne natu-



è nati genuinam succulentiam præse-  
 rt. In hac sedem pudoris esse natura  
 oluit, qui tanquam persona ad pec-  
 candum opponeretur: indubitatum  
 a puero, argumentum indolis. Hippos-  
 crates à forma in speciem orbis globa-  
 κύκλον προσώπου appellat: Pollux μῆλα.  
 aliqua sui parte, processu nempe re-  
 tò exporrecto, ζήγωμα siue os ingi-  
 pecie absolvit, quod os temporum  
 perforamen, per quod facultas au-  
 iendi est, incohauerat.

ε Osgenæ superioris, cui & fora-  
 men incisum est, nervi proximè sub-  
 er oculi orbita foras elabentis, &  
 mortariola dentium superiorum im-  
 rella. In palato recta futura discri-  
 minatur. ζ Maxilla inferior, osse vni-  
 o prædita, in recens natis etiam ge-  
 mino, cuius loculamentis inferior  
 entium series radicibus depacta suis  
 æret. Ea sepi siue macerici superiori  
 spondet. Dentibus in ore ad cibos  
 um dispensationem constructis man-  
 itur, atq; sub his extenuatur, & mo-  
 turcibus, detorto ab edendo voca-



bulo: Hos rerum parens & conditor  
 cuius nullum opus est superuacante  
 um, non ut cætera membra infan-  
 statim addidit, ne infantem lacte edu-  
 candum grauaret inutiliter, & fonte  
 uberum per quos alimenta deriuam-  
 tur, vexaret inter sugendum; sed in  
 tempus præstitutum, hoc est ab lactam-  
 di, exortum eorum distulit, quos prius  
 abdiderat atq; occuluerat. Scilicet  
 quia iam solidiores cibi hæc instru-  
 menta postulant, cessante nutrimen-  
 to lacteo. Primæ digestionis præfecti  
 sunt, quam rudius etiam inco-  
 hant. Quinimmo & locutionis po-  
 tissimum ratione dentes planè fortiti-  
 sumus homines, quando ad littera-  
 rum pressiore pronuntiationem  
 sonorumq; distinctionem conferre  
 plurimum constat: & præter cæteros  
 egregiè quidem primores, vocis ser-  
 monisq; regimen tenentes, quippe  
 qui concentu quodam excipiant  
 ictum linguæ, seriemq; structuræ, ac  
 magnitudine mutilent aut hebetent  
 verba, & cum defluxere, explanatio-

nemi



nem omnem adimant. Vnde & infan-  
 tes non ante incipiunt fari, quàm  
 dentes habuerint, & senes amissis ijs  
 sic balbutiunt, vt ad infantiam reuo-  
 uti denuò esse videantur. Vtrobique sunt  
 exdecim, statutis temporum curri-  
 culis erumpentes. Quatuor aduersi,  
 a secandi munere *τομείς & διχασηρες*, ab  
 acutic *ὀξεῖς*: quòd interridendum verò  
 restricti nudentur, *γελάστροι* nominati.  
 Hi morso escam diuidunt. Intimi de-  
 cem vtrinq; molendo eandem confici-  
 unt, attrituq; in frusta comminuunt,  
 latitudinem ad eum usum nacti pla-  
 nam. Ab emerſu admodum sero, &  
 ætatis perfectione, *ὀψίγονοι καὶ κραντήρες*:  
 ab insertione clauorum simili, *τόμφοι*:  
 cumq; mustitantes pueri enitentibus  
 ijs fari soleant, *φρασηρες* appellati sunt.  
 Postremi autem priuatim *σωφρονισήρες*,  
 quòd tùm *σωφρονεῖν*, id est, temperan-  
 tes esse incipiamus. Auicennæ ex ar-  
 gumento, dentes sensus & intellectus.  
 Vtrisq; interlocati sunt, præ cæteris  
 magis exerti, & in meditullio consti-  
 tuti, *κυώδοντες* canini, partim in acue-



tum producti, partim lati. Perpaucis  
 dentes *συμφυεῖς* sunt, id est, os unum  
 extantum, intercurfantibusq; lineis  
 ad dentium speciem distinctum. 7 Nas  
 ossa inter orbitas oculorum, & ex cornu  
 finio harum exoriuntur à iugo siue  
 dorso eius diuisa, vtrinq; singula a  
 malas deuergentia, spiramentaq; nari  
 rium includentia: quorum infima  
 parti *πτερυγίων* siue pinnula adhæret ad  
 usum digitorum tractabilis. E dorso  
 diaphragma imbricem narium com  
 stituit. Isthmum & intersepimentum  
 aliàs vocant. Multa nasi officia com  
 stituuntur, vnum ducendi spiritum  
 vnde *ὁὐὸς τῶ πνεύματος* dicitur: alter  
 rum capiendi odores: tertium, vt per  
 eius cauernas purgamenta cerebri dec  
 fluant.

*Basis caluariae, quâ trunco  
 insidet.*

OS occipitis, camera cerebelli, pa  
 tentissimo perterebratum foras  
 mine, quo medulla dorsalis (cere  
 brum analogia referens) in tubum spi  
 nae tra-





æ traijcitur, & in uniuerſum corpus  
 uiuerſos ſtolones emittit. Quod ſi os  
 oc audentiùs procurrat tubere ſuo,  
 oc eſt, rotundum ex caluariæ oſſe  
 xtrà ſolidum eijciatur, *περβολὴν* Hip-  
 ocrates vocat. Nobis verbum è ver-  
 o exprimentibus cum Vitruuio pro-

I 4 iecturam



iecturam vertere liceat. *b* Eius caput  
 duo utrinque procedentia, primæ  
 uicis vertebræ coartantur. *c* Processus  
 ossis temporum teres gracilisque,  
 cornucolo aurium introitu, refertur  
 calamus scriptorium, *συλοειδής d*:  
 ter eiusdem iuxta sub via auris ma-  
 xiæ ritu protuberat, *μαστοειδής*. *πρόεξ*  
*ἀκροειδής e*, nudus quidem & inob-  
 tus, sed ne vox prætervolaret au-  
 pretextum ex cartilagine & hac co-  
 chæ instar caua, ut aër colligi & vox  
 percussu quodam retenta per cauernarum  
 angustias meare possit: de qua  
 deinceps plura, *f* Os iugale *ζυγώδες*  
 uis temporum arcuatim transversum  
 que obtenditur. Incohatur ab  
 temporum, & processu eius ossis  
 superioris, in quo *μῆλον* est, absoluitur  
 Dicto arcui *τὸ ζυγώματι* subest *συν-  
 νοειδής g*, quod cuniculatim ossibus  
 væ & maxillæ superioris intermittit  
 Ei species cunei nomen fecit. Inter  
 sui facie arctiore sellam efformat,  
 quam glandula pituitaria Cerebri  
 pervacua instillat. Processus emittit  
 con-



concavos utrinq; singulos *h*, qui ad  
 postremum macerici dentium, instar  
 alarum in vespertilionibus deorsum  
 panduntur, reflexu suo palatum fini-  
 entes. *i* Portio ossis maxillæ superio-  
 ris, in quo *μῆλον* est. *k* Os genæ superio-  
 ris, quod sepit ordo dentium, sub pa-  
 lato futuræ beneficio in duo dispeci-  
 tur. *l* Os in palati fine transversim præ-  
 cedenti velut affuitur. His duobus os-  
 sibus supernè imminet atq; insistent,  
 anteriore quidem parte, *διάφραγμα*  
*nasi*, cuius paullò antè meminimus:  
 posteriore verò os vomeris *m*, dia-  
 phragmati conterminum. Ab utroq;  
 tanquam interfinio nares *n* fenestran-  
 tur. Intra narium amplitudinem statim  
 aduersa sunt intuentibus *πρυγνώδη* ossa,  
 velut lamellæ tenera atq; porosa. In-  
 terius autem ad summum narium ab-  
 conditum est *τὸ ῥινοειδές*, (Colatorium  
 nostræ scholæ vocant) spiraculis exili-  
 bus cū aëri & odoribus, tū  
 etiam interiorum exhala-  
 tioni pervium.



*Aurium meatum, quem prius reliquimus, nunc in petroso sinistri lateris ossis quod è calua exemptum est, exhibemus tùm cavitatem earundem secundam, fenestellas geminas, per quas aëris sonum ferenti discursus est.*

**V**T ordiamur à penitioribus, a secundus auris meatus est: & primus statim foris obuius, semperq; pateat introitus corniculus, quo vox ad aurium meatus.



tuosum iter habet, multissimum cum flexibus ne aër subito irruens, sensu qui harmonia quadam est, ha-

dat: tùm etiam sordium plenum, vbi si qua bestiola conetur irrepere, in ijs tanquam in visco adhærescat. Latini aurium marmorata dicunt auctor Plinio, iuniores etiam cerumina. Lili-



ea transversa quæ suprà γ circuitu  
 quodam, in intima primi meatus ora  
 rsum educitur, crepido est, è qua  
 er abruptum in secundam auris cavi-  
 tem scruposam, & multum habentem  
 in se asperitatis descenditur. In  
 ambitu crepidinis membrana extenta  
 uitatem vtramq; discludit, atq; in-  
 rsepit, tenera illa, at dura tamen,  
 nò ab aere icta clarius perstrepat.  
 am semper melius personat, quod  
 aruit tympanum obduruitq;. Mem-  
 anæ intersipientis dorso chorda pe-  
 nde vt nervus militari tympano at-  
 nditur, cuius ope tergemina ossicu-  
 membranæ implicantur. Eorum  
 um malleolo, alterum incudi, ter-  
 um equestri stapedi forma *δελταιδεῖ*  
 ppondet. Malleolus, vtrumq; pro-  
 1. cessum membranæ impin-  
 git: tubere autem suo *ο γλῶσσις*  
 2. *δὲ κοίλοτητι* incudis sese offert,  
 3. *εἰς* inarticulatur. Incus 2  
 duobus cruribus innititur,  
 orum brevior affirmatur tympano,  
 agius autem summo stapedis apicem  
 obli-



obligatur. Stapes 3 basi sua fenestra  
 ovali immerfus vestibulo labyrinthi  
 infidit. Officula hæc ita affabrè  
 inuicem per *διεσπασίαν* devincta sunt,  
 vt omninò dubium non sit, quin sul-  
 untis externi aëris appulsu vibrata  
 ad membranā allisā, perindè aut in-  
 tò etiam magis ad *διάσπασιν* conduc-  
 sonorum, atq; dentes ad vocis exp-  
 nationem, litterarumq; expressior-  
 enunciationem. Sed facilius est ta-  
 bus præsertim de rebus, quid non scit-  
 m9 quàm quid scitamus dicere. Dū  
 abruptū infrà crepidinem descendit,  
 in cavitatē secundā, quæ congenito  
 ritu differta est, aduersum spectant  
 foramina, quibus eam cavitatem  
 tura quasi fenestrat, vnde Fenest-  
 las nominare placuit. Earum vna  
 prior est, ovata specie: altera im-  
 rior, retrusa atq; abdita: illa Ova-  
 dicitur, hæc neq; dum indigitata  
 Ubi *a* est, ibi os fenestellarum in au-  
 tudinem quasi clivulum quendam  
 editum assurgit, propter cunicul-  
 qui subter clivo in Labyrinthum  
 Cochli



Cochleam furtim quadantenus agnoscitur. Cæteræ partes deiectæ cancellatæq; cauernulis atq; recessibus plenæ sunt, præbentibus seu suffugia, seu disverticula congenito spiritui, qui quò prior est, magisq; tersus, eò liquidius audimus. Os styli scriptorij forma, cornicula aurium introitui subiectum. Mucro ossis petraei, intra calvariam versus lectulum ossis cunei & vesperionum alas porrectus: qui quadam portione foramen, in amplitudinem faucium retrò dehiscens, efforatur, per quod è sella ossis cunei purgamenta cerebri abijciuntur.

*Sequens figura delineationem proponit  
liquarum duarum cavitatum, quas  
Natura placuit in profundo ossis petraei  
penitus abstrudere, Vt nisi osse eò  
proxime sub fenestellis disse-  
cto, cerni haud queant.*

Exhibet Cochleam, arte quadam  
& machinatione spectabilem: in  
fundo Labyrinthum duobus tribuivè  
infi-



in signem seu conclavi-  
bus, seu concamerati-  
onibus, in quas è fenestris itinera sunt, ex



ovali quidem aliquot angustissimæ  
ex innominata altera unum amplum  
sed flexuosum, quasi obiter eò dirc-  
ctum. Nam in Cochleam, à tortili  
spirataq; buccinorum cochlearum  
structura sic cognominatam, præcipue  
aperitur. Atq; hæc quidem loca om-  
nia læuatiore læviaq; sunt, atq; ex illis  
bus membranulis quasi iniecto tecti-  
rio obiter constrata: denique con-  
niti spiritus assiduis verberibus pau-  
mentata: quo per lubrica viarum co-  
peditè citraq; offensionem neq; vsp-  
am interstans soni qualitas læ-  
queat.

Nimirum in aurium fabrica sp-  
ctatur illa *εὐρυθμία*, quæ in architecto-  
rum operibus tria complectitur: *τάξις*  
*διάθεσις* καὶ *ὁμονομία*. Aër igitur soni im-  
butus qualitate (quem Auicenna  
non inscitè vndam vocalem appellat  
primum membranæ per introitum

cornu



rncolum placidè alliditur. Mem.  
 ana momento characterem soni sus-  
 cit, personandoq; ossiculis ceu gra-  
 nijs quibusdam ( mihi enim valde  
 rsuadeo, hunc stylum naturæ esse  
 anè mirificum, quem nequeas admi-  
 ratione consequi ) congenito spiritui  
 ticutatim inscribit: qui porro ima-  
 nem soni per Eneistras in Labyrin-  
 um, mox indidem in Cochleam de-  
 t, vbi longa ambage ad neruū ἀκροῦ  
 ratim traicitur, à quo ad commu-  
 m sensum, arbitrum acceptarum à  
 nsibus exterioribus formarum spes-  
 erumq; , ac velut animi protonota-  
 um, dimanando εἰ τὰ ὑπερνοῦντα ( vt  
 ato loquitur ) demum pertinet. Et  
 ec nobis quidem esse ratio κοινῶν  
 norum videtur. Reliqua aliorum  
 dijs relinquimus: quibus Quintilia-  
 illud suggerimus: pigri esse ingenij,  
 ntentum esse ijs, quæ sunt ab alijs  
 venta, siquidem mentis acrimoniæ  
 nil non humanarum rerum subiicit  
 . Neq; dissidimus, sagaciores, id  
 od nos in ijs, quæ oculatam disci-  
 plinæ



plinæ anatomicæ cognitionem in  
omnino refugiant, adipisci neque-  
mus, consequi adhuc posse. Alius enim  
alio plus virium habet. Nunc ab  
cursu in semitam redimus, & ad  
τὸν revertimur.

I I. Sub adverso collo utrinque  
sunt claviculae siue iuguli θ, quae  
compages colli cum trunco consti-  
tur, græcis κλείδες dictæ, quas in p-  
lio fregisse fertur Philippus Mac-  
Cauum medium, quo disparantur  
guli, σφαγή appellatur, sub qua θ  
est. εἶρον os oblongum, sub clavic-  
pars est pectoris, quò concurrunt  
stæ: ita dictum, quòd inibi sit π  
τῶν, id est, mentis firmitas, quæ  
eoloci cor est, καὶ τὸ ζωτικόν, siue  
lis portio, unde mens sibi vim hau-  
Id finit ξιφοειδὲς + à similitudine ca-  
tis gladij. Ab extremo enim sterni  
ut aptum paullò super πνεύματιον,  
macho vice propugnaculi est. ὤμοι  
ται κ (latinis scoptula operta, aliqua  
dò & scapulæ) a tergo, quæ de-  
sunt, spinæ dorsi incumbunt, quib-

collu-



collum fulcitur. In alarum modum  
 constantijs, qui tibi sunt obnoxij, ala-  
 inde nuncupati. Eorum canitati  
 meri caput insinuatur. λ Crates ce-  
 arum fornicata, cuius amplexu in-  
 rna viscera conteguntur, vt muniti-  
 tra sint. πλευραι siue costæ duodenæ  
 ent, quibus pectus Natura contigna-  
 tit: septem γνήσαι germanæ, superiores  
 s in pēs & maiores, καὶ ἐξοχήν nomine ge-  
 laceris insignitæ. Quinq; νόσαι adulteræ  
 ab pectore, minores & breviores. μ  
 qua s sacrum, vel à granditate ita dictum,  
 el quia membra generi propagando  
 cludit: vel quia arcani quid ei affin-  
 tur à nonnullis, putantibus divinitus  
 periri tempore partus, foetuq; exclu-  
 miraculo solidari: quo de inferius:  
 situ autem ijs, qui exquisitione ori-  
 inum, id est, etymologijs gaudent,  
 πωσσόνδυλον sub vertebrum. Nàm vel  
 fundamentum substernitur verte-  
 ris reliquis, supra quoquo spina quod  
 ersus ingenuè flectitur, interim ipso  
 manente immobili. Circa hoc con-  
 unium lumborum & ossis sacri pro-  
 K clivis



clivis admodum est luxatio in hominibus & animantibus cæteris. Si iustus bacillo è vestigio hîc elumbatur fitq; crurum impotens suorum. Medici la ei malo præsentissima hæc est, si cauda surrectum hinc inde manu in alia veluti libraveris. Quin & homines hic incipiunt λαρδῶσθαι, ne recto statim incedere queant. Præterea lumbi qui ruli sunt, qui nimirum indulgentes Veneri tùm νεογάμοι & φιλόλαγνοι nuptiarum mariti, dùm geniali toro naturæ limites intemperanter excedunt, multaturq; lumbi fagio, cum pectorosa in pandi dorsi ostentatione: etsi his plagarumq; medulla dorsi in tabem dorsalem exoluitur. Vertebrarum (quæ ita translato nomine de verticulis fuerunt, quæ in collo quidem septenæ sunt, in dorso duodenæ, lumbi quinque absoluntur à nothis costarum ad os sacrum: quem numerum vertebrarum lumbarium nusquam alibi quàm in homine reperire est, ne in simia quidem. Latinis lumborum regio est, qua succingimur. Super septem

super



superioribus volubile collum conver-  
 titur : Septendecim posterioribus om-  
 nis spinæ flexus continetur. Has igitur  
 acrum os finit, quod ipsum quoq; de  
 luribus confertum est ossibus, vertes  
 ratim sibi mutuò connexis, plerunq;  
 multoties 6, in cadavere à nobis  
 cto 7, ut subiecta figura sub littera *μ*  
 monstrat. *κόκκυξ* v Cauda, ab ima  
 arte sacro appensa demittitur, ossi-  
 us 4 teretibus structa.

Tot nimirum  
 vertebratis ossi-  
 bus invicem col-  
 gatis, spina dor-  
 absoluitur, quæ  
 animali id plas-  
 est, quod in na-  
 gio carina. Si-  
 tetiam in fili-  
 urnijs sui finem  
 mporis præsto.



antibus carinatur tandem, inq; mo-  
 m fornicis decursu ætatis, perinde  
 suibus naturæ sponte, arcuatur.  
 edius tubus spinæ, quo ad decur-



sum dorsalis medullæ perterebitur  
est, *ἱερὰ σύριγξ* appellatur.

ξ Ossa quæ sacro pertinent  
utrinq; astricta sunt, varia indipiscitur nomina. Summa enim pars  
alibus, os *λαγόνων*: ima à pube, *ὀστέον*  
*βης*: media, ubi os femoris in veni  
bro secundum Vallam, aut potius a  
tabulo voluitur, *ἰσχίον* nominat  
• Cartilago, qua tanquam ferrum  
ossa ea ad pubem cohærent ita fir  
ter, ut in partu minimè hiscere q  
ant, foetu viam foràs affectante. S  
qui extremum caudæ dictæ locum  
cedere autumant. Vtrumq; hor  
finge fieri; uti multa fieri posse  
duntur, licet nunquā fiant: perpart  
tamen *ἀμφίδεον* siue extremam oram  
osculo uteri, ex qua emergendum  
ampliabunt. Ad unius ergò natu  
rerum vim & maiestatem hominiss  
clusio referri debet. Hominem  
rās prodire res est parua dictu, sed  
su mirabilis & æstimatione immen  
estq; adeo homo & manet natu  
miraculum.



I. Restant κῶλα five artus. Mani-  
 us prior dos est, vtpote rationis fa-  
 centiæq; ministris, & instrumentis  
 εὖς πᾶς τέχνας aptissimis: quibus solus  
 homo, quoniām ratione vtitur, & in  
 omnes artes cadunt, à Deo donatus est.  
 Radius ῥ inter scapulas & cubi-  
 tum medium est, cuius summum car-  
 tum in orbem rotundum in scapula-  
 rum verticillato osse ita collocatur, vt  
 manus vtrolibet agitari ac contorque-  
 re expedite queat. Ima cauitas ad cu-  
 bitum τροχλιώδης est, id est, orbiculis  
 trochleæ similis. Ab huius flexu cubi-  
 tus init, duobus constans ossibus:  
 quorum maius ρ. πήχυς vlna, vnā cum  
 radius quasi rotatione trochlearum  
 circumactūque voluitur. Minus ei  
 assistens σ. κερκίς dicitur, nobis radi-  
 us. Hæc duo fines suos in carpum ἡ de-  
 mittunt ossibus οὐκ εὖς λοιδῶς, id  
 est, turbinis figura compactum: in  
 quo continentes arteriarum pulsus  
 nodulis atq; interuallis suis emicant,  
 à medicis iniecta manu exploran-  
 tur. Hic radix est extremæ manus, &



prima palmæ pars. *μετακάρπιον* u. *τομή*  
 antè digitos expansus, latinis palmæ  
 est, quatuor conditus ossibus, mutuo  
 deligatis coalitu.  $\phi$  Manus extrema,  
 quinque fissæ digitos, quorum primi  
 à pollendi argumento, quòd toti ma-  
 nu soli æquipollicat, pollex, & *ἀν-  
 χειρ* vocatur. Secundus index demon-  
 strator & salutaris. Tertius sive mi-  
 dius ob muneris infamiam, verpus,  
 impudicus, quòd protensus ipse, du-  
 bus alijs vtrinque complicatis, inguinis  
 speciem quandam exprimit. Persu-  
 ad genus quoddam sannæ refert. Quatuor-  
 tus annularis, & à provincia medicus  
 quo prisci solebāt pharmaca olim mi-  
 scere. Quintus auricularis & minimus.  
 Digiti pariter omnes *διδόνδυλοι*  
 sunt, quindecim continentes *φαλάγγ-  
 γας*, quæ & *σφυαλίδες* sunt, hoc est, im-  
 ternodia in aciem quasi disposita  
 quorum commissura cum mollioribus  
 aliquantò sit, etiam contractio facilior  
 est, facilisque porrectio. *σησαμοειδῶν* ossium  
 um, quæ ad compagum inanitatem in-  
 ferriendā, & stabiliendis articulis sub-  
 strata sunt, incertus planè numerus.

Initi.



Initium crurum (quibus veluti  
 ratuminibus erecta corporis compa-  
 es innititur) à coxendice est, quæ cor-  
 us δέχῃλον reddunt: ab ijs enim findi  
 am incipit. Os femoris χψ non re-  
 tum, sed repandum notant: & prior  
 uidem character χ prægrande eius ca-  
 ut, quod coxæ profundè immersum  
 a sinu eius vertitur. Supra quod col-  
 um gracilescens insistit duobus pro-  
 fessibus, quos τροχαντήρας vocant, id  
 est, rotatores. ω ossa genu, ubi femur  
 extremitati tibix committitur, obiter  
 odis flexuræ adhaerentia & versatilia.  
 aufanias molas vocat, nos patellam:  
 qua auersa pars poples nominatur.  
 infra genu σκέλ θ, id est, tibia, simili-  
 ter cubito δίοστεον. Maius a nomen ob-  
 net totius, alterum minus b fibula  
 vocatur: græcis hoc πέρσνη: illud κερκίς  
 citur. Huius infimæ partes c mal-  
 oli sunt, non modicè prominentes  
 excarnes.

Pes dicitur quicquid infra est, ἔρ-  
 νον μεταβατήον, id est, instrumentum  
 adiedi, quod per eum loco moues



amur: præterea consistendi etiam fundamen-  
 damentum. *ῥιμῆς* is est. Prima enim  
 pars continet os calcis, cui sceler  
 noster insistit, ideo hic non obuium  
 & Astragalum d. dissimilem ijs, qui positi  
 rum in ludicro *ὀστρομαχίᾳ*, siue ludo  
 lario usus est, qui ovillis obibatur: *ὀστρομαχίᾳ*  
*σκαφοειδὲς* e, à cavitate lintris ita *σκαφοειδὲς*  
 nominatum. De astragalo qui plus  
 exigit, ei consulenda erit nostra sym-  
 p̄sis ossium, in qua castigatus à no-  
 est locus Aristotelis 2. hist. anim.  
 cap. 1. vel ab authore perperam sc̄-  
 ptus, vel ab Aristarcho quodam po-  
 beio ita detortus, qui maculam hanc  
 candidissimo loco ille vit, luxando  
 stema orationis, quod in artus  
 nostra redijt. Præter hæc, continet  
 tarsum f, quatuor structum ossiculis  
 quorum tria nominata sunt: quartum  
*κνῆστῆρ*, à cubi siue tesserae forma dictu-  
 tur. Secunda pars g *πυλῶν* siue plantilla  
 ta, universi corporis fundamentum  
 porrectior longiorq̃, ut stabile con-  
 pus efficeret planitie sua. Quinque  
 ossibus compacta est uti carpus, co-  
 respo-



respondet. Ab his pars tertia oritur,  
 scilicet series digitorum speciem mas-  
 culis, quàm usum præferentium, qui  
 omnes *δικόνδυλοι* sunt, & gradatim com-  
 positi, & ternas *σφυταλίδας* habent,  
 nequestrato pollice, qui *μονοκόνδυλος*  
 est, & duabus tantum scuticulis præ-  
 titus. Inter articulos horum similiter  
 incerto numero sita accu suppacta  
 sunt officula *σησιμοειδή* nuncupata.



In profundo corporis delitescunt  
 adhuc alia duo ossa, *ύοειδές* unum, &  
 alterum *καθ' τὴν κεφαλὴν τῆς καρδίας*. Pri-  
 us illud à specie τῶν *υ* appellatū basi sua  
 linguae radici substernitur, unde  
 K 5 nis



nis coagmentatum ossibus: quorum humiliora cornua 6 scutiformi laryngis cartilagini adalligantur: proceriora reliqua γ, surriguntur ad processum styli scriptorij modo exsertos.

**C**ordis os conterminis plicibus ostiolorum arteriae ventriculi 1, & aortae 2 adiacet, & truncatum circuli quadratum penè absolvens. In alijs animalibus χονδρώδες est, in quibusdam χροώδες: in nobis, qui corda habemus ανώτερα & humectiora, ferè tantum ἵστα σκληροτέρα.

Haecenus praecipuorum membrorum, id est, partium corporis rationem, quasi prima elementa Naturae pro ut quidem ingenij mediocritas aut pusillitas intelligentiae nostrae tulit, summa quaeque leviter decerpendo non tam explicuimus, quam rudioris peniculo delineavimus: idque non eodem modo ut cornicem oculos, quem admodum dicitur, hoc est, ut si quid apud maiores nostros fuit in isto studio admirationis, id reddere suspectum, aut potius steri-



eriorum verendam pietatem & disci-  
 plinam censorio more suggillare cu-  
 eremus: (quid enim hoc aliud esset  
 quam mingere in cineres patrios?) sed  
 ijs, qui nobis plus possunt, qualem-  
 unq; stimulum adderemus, vt expe-  
 ri & ipsi aliquid, & ob emolumen-  
 um publicum litterarum monumen-  
 s tradere, posteritatiq; communica-  
 benignè vellent, memores illius,  
 quod Plato ad Archytam scripsisse per-  
 betur: non sibi se soli natum homo  
 eminerit, sed patriæ, sed suis, vt perex-  
 qua adeò pars ipsi relinquatur. Si  
 a fortè lectori angustioribus termi-  
 natis finibus esse videbuntur, ea ubi  
 loci plus, vel temporis subcisiui  
 nobis suppetierit, latius exsequemur.  
 Sed ex ipsis illis, quæ dicta, vel sum-  
 marum potius perstricta sunt, satis su-  
 riq; constare potest, quanta vi pro-  
 videntia, quanto quasi artificio à sum-  
 mo illo rerum conditore quisq; no-  
 tum factus sit: quanta amentia sit  
 icuri, qui exclusa providentia,  
 tantumvis eius in omnibus, quæ spi-  
 rant,



rant, mirabilem inesse rationem  
 deat, originem animalium fortui  
 atq; turbulentis atomorum, quas  
 pellat, id est, corporum quorunda  
 solidorum atq; individuorum, per  
 finitum & inane huc & illuc volita  
 tium concursionibus fuerit au  
 imputare. Cuius furori in præsent  
 opponendum duximus clausulæ lo  
 Hiobi illud: αἱ χεῖρες σου ἔπλασαν με  
 ριε, καὶ ἐποίησαν. ἢ ἔχ' ὥσπερ γάλα με  
 μελζας; ἔπηξας δὲ με ἴσα τυρῶ; δέρμα  
 κρέας με ἐνέδυσας. ὅστέοις δὲ καὶ νέρυσι με ἐν  
 ρας, ζῶν τε καὶ ἔλεος ἔθες παρ' ἐμοί. ἢ  
 ἐπιτοκῶν σου ἐφύλαξέ με τὸ πνεῦμα. Quo  
 verbum è verbo exprimentes ita tra  
 tulimus: Manus tuæ more figuli fœ  
 marunt me Domine, atq; architecta  
 sunt. Nonnè vt lac me mulsisti,  
 tanquam caseum coagulasti? Induisti  
 me pelle & carnibus, deq; ossibus  
 nervis compegisti. Vitam mihi po  
 immensa tua misericordia largitus es  
 atq; etiamnum procuratione assidu  
 spiritum mihi tueris meum. Prode  
 Apelles aliquis, qui tam penicillo ex  
 primere



orimat fabricam hominis, quàm suis  
 coloribus semel hîc ob oculos est po-  
 sita. Hoc igitur lucubrationis labo-  
 re quantulocunq; nobis ipsi abundè  
 satisfecisse arbitrabimur, & officium  
 ritè implere nostrum, si aliquid saltem  
 utilitatis inde ad tyrones redierit :  
 de quo existimatio sua cuiq; sit, &  
 vt libitum ei fuerit,  
 opinetur.


Εὐχὰς καὶ πόνοι.



SCHE



*SCHEMA RERVM ET  
Venarum emulgentium.*



- a. Venæ cavæ truncus.  
 b. Aortæ caudex, qui per declivē dōm  
 unā cum cavā defertur.  
 c. d. e. Tres emulgentes serie quadam  
 & c. *Alasmar* à cavæ dextræ  
 pull



pullulascentes : inter quas media *d.* cæteris est obscurior & penitiùs abstrusa.

Emulgens sinistra, nihil prorsus à Naturæ usitata forma distans, cum emulgente obscuriore dextri lateris, quæ κατὰ πλάγιον cava propius spinam enascitur, in una eademq; linea, sed intervallo quodam interjecto sita.

Divisio summæ emulgentis in duos furculos, quibus renem petit.

Comes arteria, summæ emulgenti substrata, similiterq; divisa.

Vena spermatica dextræ emulgentis infimæ germen. Etenim par hîc ratio est utrobique exortus seminalium venarum.

Ἐκφύσις arteriarum è grandiore ramo pertinentium in testes, unde postea gemini propagantur rivi, utrinque unus, ad comineatum vitalis spiritus impertiendum testibus.

In hoc grandi ramo, non in ipso caudice, divortium fit arteriarum feminalium.



- l. m.* Commune jugum, in quod divi-  
tia, venarum & arteriarum forma  
coni deorsum fastigiatur. Reliqua  
defecta sunt, cum nihil evariare  
*n. o.* Renum uterque, quorum dexte-  
corpore erat paullo habitio-  
haud dubie ob propaginum va-  
rum multitudinem.  
*p. q.* Vires abtruncati.

**H**ujusmodi fabricam renum, & sp-  
forum in reductas eorum par-  
vasculorum, theatro nostro, ( cuius admi-  
Generositas Tua, Baro inclyte, po-  
fuit maxima ) repræsentavit primò  
me sectum strangulati cuiusdam caecos,  
ver, anno Iesu Christi 1579, ci-  
medium mensis Febrarii. Cern-  
primùm erat tres venas emulgenti-  
( sequestratiles insolenti verbo di-  
ris ) è dextro cavæ latere, serie qu-  
dam, sed ex aliquo intervallo pro-  
untes. Quarum duæ intuenti statim  
se offerebant, sinistra emulgenti-  
adverso quidem sita, at non, ut  
solent, ἐν Ἀγμέτῳ oppposita, una  
pec-



anteriore, altera inferiore loco, utrisq;  
 interjecta tertia paullo inferius, & in  
 quodam quasi recessu lumbos versus  
 obdita, propius aliquantò ad sinistram  
 emulgentem directò accedebat, quæ  
 inflata cava, serius cæteris duabus  
 concepto spiritu turgescibat. In adie-  
 tu ad renum portas (ita resima vocan-  
 tur renum, vbi caro eorum nonnihil  
 depressa, è duobus utrinq; promontor-  
 ibus sensim in planitiem redit, ac ve-  
 nit dehiscit, quo promptius vasa pos-  
 sunt admitti) nulla è tribus illis emul-  
 gentibus findebatur, præter summam,  
 & primò pote maximam, & quidem in ramos  
 amicos, quorum superior recto ductu  
 circum substantiam ingrediebatur,  
 Cæter inferior & aliquantò minor, per  
 obliquum infimæ emulgenti associa-  
 tas eodem tendebat. Vtrumq; eius ra-  
 tum sua comitabatur arteria. Reli-  
 quæ emulgentes, vt indivisæ, ita soli-  
 tariæ, coniugumq; arteriarum ex-  
 plicatas erant. Intra carnem ipsius viscer-  
 um, & omnium pariter emulgentium pro-  
 pagines innumeræ, & multò quidem  
 L            plures



plures, quàm affolet, in sinum renum  
 qui ad feri alendo renum corpori jã  
 amplius inutilis, stillicidium excip  
 endum incisus est, extremis suis osc  
 lis desinebant. Proinde mirum n  
 est, verrucularum glandium int  
 communem sinum pensilium valum  
 rum more à renum dorso utrinq; sp  
 ctantium, numerum increvisse, qu  
 lotij transcolationi præfectæ papill  
 rumq; ritu in uberibus animantium  
 exilibus ac visum fugientibus por  
 perviæ sunt. Infima trium emulgee  
 tium ad confinium cavæ, unde fue  
 explantata, proferebat de se venæ  
*æqualiter* (quod alias tantum ac p  
 petuò quidem in sinistris usu veni  
 solet) cuius caput suprà in modum  
 infundibuli dilatabatur, partibus i  
 ferioribus sese in canalem arctiore  
 coangustantibus, quò seminis mat  
 ria profundi affluentius, ac ceu pr  
 digi potuit. Non enim aliundè, quã  
 hinc peti posse causæ videntur, nec  
 solum uberioris in isto homine sem  
 nis proventus, & aviditatis exerce  
 di v



di venerem propè inexhaustæ, quæq;  
 vix fatiari posset, super qua paullò an-  
 te supplicium questus fuerat, ingenuè  
 negans ullo unquam præter hunc  
 in vita sese morbo divexatum fuisse:  
 sed & *θηλυγονίας* perpetuæ, cui solùm  
 habilis à natura esset. Nunquam  
 enim marem procreavit, neq; in con-  
 jugio, neque in adulterio atq; stupris,  
 quibus creberrimè sese polluerat, ob-  
 assiduos stimulos impetusq; veneris,  
 quos inhibere omninò ipse nequit.  
 Est autem hoc satis notum jam atq; te-  
 statum, ductus, quibus in corpore pro-  
 vincia aliquò deferendi materiam da-  
 ta est, tantò promptius & liberalius  
 sibi concreditos humores distribuere,  
 quantò sunt decliviores. Rursum quò  
*τύσις* seminis liquidior est, magisq;  
 fluxa, hoc effœminatius ferè id esse,  
 quippe quòd negligentius elaboretur,  
 & caloris, qui eius quasi anima est,  
 minus possideat. Denique quantò  
 semen de copiosioris feri ammissione  
 acrius redditur, tantò ad veneris usum  
 incitare ac lacescere vehementius.



Hinc nimirum neq; modum Ulenere  
 sibi facere, neq; marem procreare p  
 tuit. Iam verò etiam *αρεσμευμένης* ar  
 rias è caudice aortæ vidisses emergee  
 non similiter aliis, sed praegrandes  
 ramum ac singularem rectā aliqu  
 usq; inde progredi, postea infra exco  
 tum pollicis latitudine in alios du  
 dirimi, directos in involucra testium  
 ad vitalem iis spiritum afferendum.  
 corporibus animantium nusquam p  
 rinde ludit diuina potentia & sapie  
 tia, ut in renibus & stomachis eorum  
 emulgentibus. Castorem eò nup  
 secumimus, ut liqueret nobis, qui  
 nam essent castoria, vetustati diu p  
 testibus perperam existimata, cum si  
 potius *φύσσει ἀδυνάωδες ἐν μίαις δερχῆς* *α*  
*νέζ & γυμένας*. hoc est, ad inguina siti fo  
 liculi ex uno ortu connexi, quorum  
 instar est in leporibus, & in avium g  
 nere iis geminae glandes *κατὰ τὸ ὀρροπ*  
*γίον* respondere videntur: In eo igitur  
 lateris sinistri emulgentes quoq; t  
 geminae erant non tamen abs se di  
 junctæ, quæ inflatæ sacculum oblong  
 gum



um representabant, suffertum gos-  
ypio, aut pulvere, & in medio secun-  
dum longitudinem aliquoties inter-  
cutum.

Præter hunc seu luxum, seu lu-  
xum naturæ in emulgentibus, præsens  
cadaver exhibebat spectantibus alia  
πανιώτερα, inter quæ fuit defectus cæ-  
ci intestini: ut non immeritò subdu-  
bitetur aliquibus, sit ne illud ἐνεκά τι-  
μι institutum. Quem enim nostris  
quidem in corporibus usum habeat,  
non tam affirmare possum, quàm  
quærere. Pollux ideò videtur inte-  
stini nomine dedignatus fuisse, cum  
sit tantum σωμαπλόν τι τῷ λεπιδίῳ. Eius lo-  
co autem viscebatur vix ἰχνογραφία seu  
rudimentum quoddam, prominentius  
scilicet tuberculum instar papillæ in  
uberibus: quod certè vicem illius ge-  
nere, aut munus, quale quale sit, obi-  
cere minimè potuit. In brutis usus ma-  
nifestior est, in quibus sacci speciem  
præbet. Cumq; sit velut δαπτέρα γαστῆρ,  
nihil vel parum cedens ventriculo, aut  
colo intestino, κατ' ἐξοχλήν, id est, no-



mine insigni *έντερον* appellatur. Com-  
ceptaculum est sordium alui, quibus  
etiam refertum dissectiones demom-  
strant. Cæteris animantibus *ύψι πρόβοις*  
id est, excelsa pervadentibus fex simi-  
liter in hoc tanquam in alveo collig-  
tur, ne, dùm in altum enitun-  
tur, chylo ea iterum per-  
misceatur.

*DE VALVVLIS MEM-  
braneis quorundam Vasorum, & in pri-  
mæ cohortis, quæ in interna capacitæ va-  
narum brachiorum & crurum sese nobis in  
cadavere anno 79. obtulit, ha-  
ctenus incognita.*

**M**Embranarum, quæ canali-  
um vasorumque extremis tan-  
quam foribus obduntur, anti-  
quitas ferè in cordis historia meminit,  
differentium tam situ, quam forma,  
Aliæ enim illarum intrò, aliæ foràs  
spectant: Quædam *τριγλώχινες*, id est,  
trifurcæ appellatæ sunt, quod cuspidess  
telo-



Concelorum representent: quædam ad  
 quibus literæ similitudinem factæ *στυμοειδείς*.  
 Omnibus commune officium est, pro-  
 hibere, ne semel hausta vel reddita  
 materia remeet. Hodie inter medi-  
 cos usus obtinuit, ut membranæ istæ  
 valvæ atq; ostiola nominarentur. Me-  
 minit Galenus aliarum adhuc mem-  
 branularum iis in vasis, quæ provida  
 natura foetui, dum utero absq; respi-  
 randi munere fertur, privatim elargi-  
 ta est. E caudice cavæ, proximè sub  
 basi cordis ad dextram eius aurem,  
 qua arteriæ venalis, dextram pulmo-  
 nis sedem adeuntis portio ipsi trans-  
 versim subiicitur, seu foramen est ef-  
 figie ovata, quo cava in arteriam venalẽ  
 pervia dehiscit, quòq; vasa hæc mutuò  
 sese exosculantur (*ἀναστόμωσιν* Galenus  
 nominat, καὶ σύντηξιν) seu propago pe-  
 cularis, qua sanguis crassior, neque  
 dum a corde elaboratus, in pulmo-  
 nes foetus distribuitur. Ad cuius oram  
 instar operculi membranea substan-  
 tia subnexa est, quæ obstaculo foret  
 sanguinis in cavam venam restagnati-



oni. Similiter Aorta annatam filia  
arterialem venam, quâ in dextram p  
monis regionem contorquetur ad sp  
ritus vitæ distributionem, pertinet  
seu communi duntaxat ostio, seu c  
nali peculiari, ad cuius finem, n  
quidem Galenus, sed Ilesalius, & a  
te ipsum Fallopius valvam in orbem  
obdidere, ne spiritus semel in arteria  
lem venam dimissus, in amplitudi  
nem aortæ remigraret. His vasis for  
tus ab adultis distinguitur: absq; qu  
bus foret, non modò non nutriri pu  
mo Embrij, neq; vivere, sed ne forma  
ri quidem omninò posset. Statim  
nativitate vasa illis membranulis ob  
signantur, ac velut emerita, & jã  
rude donata, perinde ut vasa umbili  
calia, coalescunt. Realdus ureterum  
finibus valvas allocat, similes versat  
tilibus follium fenestris, cedentes lo  
tio in vesicam illabenti, at regressum  
suo objectu eidem non permittentes  
quibus certè opus esse non videtur, ob  
ureterum in vesicam insertionem, ma  
chinatione quadam atq; solertia insti  
tutam



cutam, quam Vesalius quidem inter  
 propriam & communem alteram,  
 atq; à peritonæo vesicæ circumdatam  
 unicam: Fallopius inter duas propri-  
 as fieri asserit. Idem Realdus neq;  
 oscilla mesaraicarum sanè quàm ex-  
 lia in internam intestinorum cape-  
 linem pertinentia, valvis destituit, ne  
 mel directus intestinis chylus co-  
 lem restagnare possit. Quòd si ita es-  
 se donaverimus, uti esse anatomico  
 illi visum est, quomodò non dico de-  
 luctus crudi adhuc chyli, sed jam ab  
 Epate in sanguinem elaborati, neces-  
 saria ad alendum distributio, non im-  
 edietur, qua perinde intestina carere  
 equeunt, ut universa in corpore Res-  
 ub. membrorum, quorum vita ali-  
 mento sustinetur? Sanè per venas eas-  
 em peraguntur chyli ad jecur *Διὰ δόσις*,  
 sanguinis nutrimentalis indidem  
 intestina *παλινδρομία*, licet nonnul-  
 cum temporum, tum officiorum  
 icissitudine. Neq; ulli patrocinari  
 refugium Galeni potest, è cava non  
 utem è Mesaræo venas producentes,  
 L 5      inte-



intestinorum educationi destinata  
 Videtur ergò fides huius observationis  
 labare, cui fluxus Epaticus etiam r  
 fragratur, qui fieri non posset, valv  
 lis illis regurgitationem impedienu  
 bus. Sunt præterea, qui bilis vent  
 culæ ductibus in intestina directis  
 militer valvas præficiunt, ad fel eò ex  
 onerandum. Sed ad venarum rever  
 tamur membranulas. Amatus in schico  
 lio curationis 52 centuria prima au  
 vidisse se in aliquot cadaueribus ostio  
 la sive opercula, ad initium venæ ca  
 rentis conjuge, ne semel sorptum sa  
 guinem de se possit refundere ac re  
 gurgitare. Ideoq; cavam venam, quam  
 putealem nominat, inficiatur infla  
 posse, si imæ parti venæ carentis pa  
 inserta cannula, & ventus sursum ven  
 sus cavam actus fuerit. Nititur Ama  
 tus autoritate Iohannis Baptistæ Ca  
 nani, quem affirmat Vesalius idem re  
 tulisse sibi non solum de vena αὐγὰς  
 sed & emulgentibus, & de ea, quæ jux  
 ta elatiorem sacri ossis sedem occu  
 rit. Fallopius et si litem Vesalij de se  
 tionis



tione axillaris in pleuridite perpetuò  
 in brachio dextro instituenda, ubi ubi  
 est inflammatio, non vult suam facere:  
 erroris tamen Amatum coarguit,  
 quòd fortasse in suo illo examine &  
 distractione coriacei corporis venarum  
 sum, quàm diligentissima, ipse omne  
 eundem fibrarum genus sensui obvi-  
 um deprehenderet, aut opercula in-  
 quirendo nunquam posset peruestiga-  
 re. Bartholomæus Eustachius hoc ut  
 commentum prorsus ἀφύσικον rideret.  
 Cesalio paullo benignius observato-  
 res illos tractat, ratus extuberantio-  
 rem corporis venæ crassitiem utrisq;  
 composuisse, ansamq; præbuisse allucia-  
 andi: quippe quæ ad ramorum exor-  
 tus, propè orificia speciem membra-  
 rum mentiri soleat, cum interim  
 nihil aliud sit, quàm margo quidam  
 at limbus exstantior, qualem circa  
 rumq; ventriculi ostium, & in arte-  
 rum corpore universo infra enatas  
 de propagines passim videre est. No-  
 s neutrum est observatum, ne-  
 e valva membranulis cordis assimis  
 lis,



lis, neque crepido vel limbus, a  
 quocunq; modo appellare licet: v  
 rum ad exortus emulgentium in th  
 bus visa est membrana triquetra, osti  
 emulgentium subter ita prætenfa,  
 unâ cum eo repræsentaret quasi co  
 pus terræ, umbram in plano abs se pro  
 iicientis. Nam emulgentis orificium  
 orbis forma est, ipsa vero membrana  
 trigoni specie. Eiusmodi membra  
 passim occurrunt tam in caue trun  
 maggiore, dùm per dorsi declive deffe  
 tur, quàm in cruribus, ramorum m  
 norum ostiis inferius præfectæ. Mai  
 res enim rami alteras illas, de quib  
 mox dicitur, *στυμνοειδῆς* membram  
 adipiscuntur. Eustachio osculum v  
 ne coronæ modò cordis basin au  
 plexantis, elegantissima membrana  
 cornutam lunam referente, tanqua  
 janitricæ obtegatur. Vteunq; res sc  
 habeat, istiusmodi valvis nostrorum  
 hominum diligentia excitata est,  
 maiore studio postea in partium p  
 netralia inquisitum. De ostiolo à m  
 bis in altero cadavere reperto ad co  
 fim



finia intestinorum ilei & coli, postea  
 verba faciemus. Nunc de valvarum  
 turba, in venis artuum, hoc est, ma-  
 nuum & pedum, dicere potissimum  
 instituimus. Fertur anno LXXIX in-  
 cuncte Hieronymus Fabricius ab Aqua-  
 pendente anatomicus & chirurgus  
 clarissimus, Patavii spectantium ocu-  
 lis subjecisse ostiola in venis brachio-  
 rum & crurum, cordis membranulis  
 similima, alias unica, alias & multo  
 quidem crebrius gemina, adeo ma-  
 gna, ut dimidium capacitatis venarum  
 interciperent, interius per intervalla  
 eminatim disposita sub ipsis exorti-  
 us ramorum, qui e lateribus cavae  
 in externas artuum partes, nutritio-  
 nis causa disseminantur. Hoc au-  
 tem ipsis assignare munus, ut ob-  
 tent, quod sanguis, manibus pedibusq;  
 assiduo incalcescentibus motu minus  
 impetuosè & affatim affundatur: abs-  
 que quibus foret, partes superiores  
 venio defraudatum suo, infernas con-  
 traria uberiore alimenti affluente ag-  
 gravatum atque oppressum, ipsasq;  
 adco



adeo venas nimia distentas copia d  
ruptum iri. Ad hæc easdem rob  
addere ipsi venarum corpori, & in  
modicam dilationem earum inhibere.  
Truncum cavæ & jugulares ideò ill  
destitui, quò nutrimentum liberri  
nulloq; obstaculo distribui quoq;  
versum possit, ad id, quod assidu  
corporis nostri fluore variis ex causis  
continenter dissipatum est, instaur  
randum, spirituumq; jacturam comp  
pensandam.

Hæc sunt quæ partim auditico  
accepi, partim cognovi de scheda co  
servationem Fabricii continenti  
quam Noriberga ad memisit vir co  
rissimus Georgius Palm, Reipub.  
lius inclytæ medicus, amicus me  
summus. Eodem anno LXXIX w  
tente ipse quoq; theatro nostro hæc  
membranas venarum repræsentat  
Quamvis enim paullò pòst, quàm  
tavii eas monstrasset Fabricius, in  
davere, cuius tùm temporis copia  
batur, interna venarum capacitas  
spongia sursum extensa, sanguinem



alicubi deprehenderem velut inter-  
 ceptum harescere: quod tamen pri-  
 ma illa confectione τῇ κατ' ἐξέτησιν, &  
 quæ casu evenit similiore, quàm τῇ κατ'  
 Περὶ τῆς δόξης institutæ, accurratam om-  
 nium dignotionem non molirer, ostia-  
 ola tùm neglecta sunt. Adhac ad σκε-  
 λετὰ concinnationem festinanti non  
 tantum suppeditabat ocii, quantum  
 inaquævis particula ad cognitionem  
 sui peculiarem postularet. Admoni-  
 us dein observatione Fabricii, (per  
 quem enim hac in re profecerim, non  
 quidem me pudet ingenuè fateri: alia-  
 er si faciam, aut in plagii crimen in-  
 urram, vel Aesopicae corniculæ col-  
 lectas pennas de reliquis avibus sibi  
 commodantis, risum de me move-  
 m omnibus necesse est) cæpi vaso-  
 rum in brachiis & cruribus penitissi-  
 ma rimari diligentius, & voti mei  
 compos factus sum. Quemadmodum  
 autem à me pervestigata sint ostiola,  
 quæq; proprie ipsis videatur compete-  
 re muneris provincia, precium operæ  
 est annotare, subiecta trunca venæ  
 parte,



parte, velut per transfennam ostio  
 offerente: idq; tantum eo fine & con  
 filio, ut eruditissimæ Fabricii schollæ  
 quibus nobis expectatione diutius co  
 rendum fuit, in lucem aliquandò pr  
 vocentur. Et confido enim, & de g  
 nio viri liberalissimo mihi pollice  
 è ditissima penu suarum observati  
 num ad utilitatem publicam ipsu  
 hæc & alia multa, quæ conscrip  
 sunt ab eo diligenter, & sunt sublim  
 ora, quàm quæ à nobis expecta  
 queunt, benignissimè depromptu  
 rum esse.

Sæpius iàm dicta ostiola alt  
 duntaxat valvarum generi in corde in  
 spondent, sola figura, non ratione  
 ficii. Sunt enim *σιγμοειδείς τὸ σχῆμα*  
 quemadmodum membranæ cordis : a  
 ostia aortæ, & venæ arterialis. Si  
 neq; venarum, quibus insunt, cap  
 citatem intercipiunt, neq; ramoru  
 ἐκ πλαγίᾳ ab illis emergentium me  
 tus occludunt. Ab ipsis quidem  
 mis propè absunt, sed aliquo rame  
 intervallo itaq; enascuntur utrinq;

in ma



in medio ipsa non contingant se mu-  
 tando, sed tramitem relinquant, quo  
 sanguis labi deorsum, ac reliquis or-  
 ganis subsequeantibus valvis æquè in-  
 tendere possit. Hoc posito: est enim  
 manifesta manifestum, ut probationis non  
 indigeat, nisi æquilibratam (sic *ισορ-  
 ρισία*, si placet, appellemus) è corporis  
 penitus tollere velis: verendum  
 ut non fuerit, ne valvarum gratia  
 corporis partes superiores, genio suo  
 defraudentur: contra inferiores quæ  
 prærogativa seu loci, quò vergunt  
 a sponte humoris, seu exercitiorum,  
 in quibus artus assiduè versantur, im-  
 modica copia prægraventur. Est enim  
 certe hîc non tam ad *ὀρεῖν* siue *πορῆν*  
 amorem attendendū, quàm potius ad  
 naturam, quæ in corporis administrati-  
 one sua jura habet, & ad vim partis cus-  
 sâ; , qua ab illa velut dotata est. Natus  
 cum toti moderetur, etiam clauū te-  
 rat & gubernaculum humorum ne-  
 cesse est, absq; quo foret, perpetua in  
 corpore metuenda esset *ἀναρχία ἀσύν-  
 ητος*: cuiusmodi animadvertere li-

M

cet in



cet in ὄργασμῳ, natura humorum rabo  
 & furore de statu atque fastigio impo  
 rii sui deiecta. Tum enim humor m  
 turæ frenum excutens, ferocitate c  
 ultat, sibiq; permissus ac ceu cæstu  
 percitus, quoquò versus ruit, & pæ  
 sim solutèq; velut oberrans fluctuat  
 & fluit refluitq; in visceribus atq; vi  
 nis, non sine præsentaneo principu  
 partium, in quas momentum facili  
 discrimine, nisi protinùs compescatur  
 Cumq; magnam in animantium co  
 poribus conformandis rationem m  
 tura habuerit τῆς ἰσότητος ἢ ἀναλογίᾳ  
 sanguinis com meatum geometrico  
 proportionem ita distribuit, ut ea  
 unumquodq; membrum, quocunq;  
 loco situm in corpore fuerit, de me  
 sum suum redeat: ut non immerit  
 justitiæ nomen apud Hippocratem ob  
 tinuerit. Præterea quævis particula  
 modò sibi constiterit ipsa, tantum  
 suo pte instinctu attrahit, quantum e  
 usu est, idq; fibrarum, quibus intext  
 est, ministerio, modò evidenter, me  
 tuq; locali, modò sine sensu & qua  
 inquit



inquiete, perinde ut fibræ carnis ali-  
 quid, vel nihil habuerint. Si jam eti-  
 am venæ conditæ sunt ἀπαλῶς ἐνενδ-  
 υνέσεως τε ἀπα καὶ τῆς εἰς πάντα τὰ μέρη  
 πορᾶς, hoc est, non solum sanguinis in  
 partes ferendi derivandiq; gratia, sed  
 ut ad elaborationem eius nonnihil  
 conferant, dubio procul cursum &  
 impetum sanguinis, dūm coctioni  
 eius incumbunt, ipsæ quoq; retarda-  
 bunt, siquidem ad omnem ἀλλοίωσιν qui-  
 ete opus est. Ex quibus jam hoc se-  
 quitur, quæ natura sanguinem ad par-  
 tes superiores attrahit, ibidemq; tam  
 diu detinet, ac ceu suspendit, quoad  
 sibi id, cuius egent, inde libaverint,  
 ne unquam desit penus ad alendum  
 necessarius: eadem humorum impe-  
 tum, qui κάτω fit & pressum, ita mo-  
 deratur, ne partibus inferioribus on-  
 eri sit, multo minùs exitio, ut nulla  
 deo in loco prærogativa esse, neq; in-  
 teriores plus privilegii partibus superi-  
 oribus habere possint. Idcirco pri-  
 mæ debentur naturæ, secundæ valvulis:  
 neq; hæ solæ sufficiunt ad sanguinem



suffrenandum impediendumq; , quo-  
 minus largiter partibus inferioribus  
 affluat. Est verò in hoc quoq; mag-  
 operè commendanda naturæ solertia  
 quòd ramis, in quos cava multifaria  
 in artubus diffinditur, valvulas sujic-  
 re maluit, quàm ostiis eorum præpo-  
 nere. Sic enim regurgitatio humo-  
 rum exclusa fuisset, quæ quantope-  
 conducat, non solùm de revulsione  
 bus artis nostræ, sed de foemineo le-  
 iam sexu manifestum est. Virginibus  
 adolescētioribus, & mulieribus paullatim  
 ante illum circuitum, quo mensis  
 sunt soliti promanare, aut his etiam  
 præparcè stillantibus: adhuc tempore  
 gestationis uteri, præsertim embryoniam  
 infirmo, & gravidis ἀνθυμία labo-  
 rantibus, pleniorēq; victu sese saggi-  
 nantibus, sæpenuerò sanguine frons-  
 culento, aut subventaneo etiam flatu  
 de continente caloris motione non  
 secus ac spuma in lebetē genito, variis  
 cum in modum adeò turgent venæ femo-  
 rum, poplitis, & quæ imos talco-  
 occupant, quo loci maximè inter illos  
 impli-



simplicitate glomerantur, ut distensa  
 supra modum cutis tenerascit, & jam  
 iam pertimescenda sit valorum rup-  
 tura: quas tamen eventu constat pro-  
 fusione liberaliore, aut foetu in lucem  
 edito, postea inaniri rursusq; fidere. Id  
 autem fieri omnino non posset, si,  
 quemadmodum in corde, ita in venis  
 valvulae penitus ipsarum ostia obtura-  
 rent. Qualis fiat discursus humorum  
 utrò citroq; redarguunt in febrium  
 horroribus, rigoribus, perfrigeratio-  
 neq; extremorum universa, in pani-  
 cis item terroribus, & repentinis, ani-  
 musq; percellentibus motibus, pal-  
 lor & algor totius corporis. Quin  
 etiam chyrurgorum vulgo eiusmodi  
*παλινδρομία* non est incognita: qui in  
 illo apparatu sectionem venae an-  
 tecedente uno vinculo partem mem-  
 bri superiorem paullum ligant, prius-  
 quam verò inferiori alterum injici-  
 ant, membrum aliquandiu sursum  
 versus mulcent, vinculoq; perstrin-  
 gunt, quò cum ad locum, cui scal-  
 prum adigendum est, sanguis protru-  
 ditur,



datur, eoque distenta vena magis fit  
 obvia. Porro quemadmodum venarum  
 robur addere, dilatationemque earum  
 impedire possint, ostiola equidem  
 non video, cum nusquam corpus ve-  
 narum delicatius sit & gracilius, nun-  
 quam textu constet rariore, & tantum  
 non, ut videtur, lacero, atque ubi mem-  
 branulae illae velut abscedunt. Hae  
 propter vel lenissimo inspiratu insen-  
 ti calami illico foras protuberat in  
 quendam utriculum, qui in tenelli-  
 suis, quasi ampullae instar obtinet  
 tunicaque, quae in bulbis caparum repe-  
 ritur, nihilo densior est: qui conce-  
 ptus sanguis mora diuturniore detine-  
 tur, ut eo commodius à furculis in ex-  
 ternos musculos abeuntibus, quibus  
 cava utrinque fruticatur, attrahi possit.  
 Præter hunc usum non ausim ego  
 membranis ascribere alium. Num  
 alicubi venæ τῇ Διὰ πηδῶν, hoc est, san-  
 guinis sudorulentæ transcolationi sim-  
 opportuniore, aut perinde obnoxiae  
 haud scio. Epatis parenchyma solum  
 excipio, cuius venas omnium, quae  
 sparsae




sparguntur in corpus, tenuissimas natura machinata est, utpotè principio gignendi sanguinis vicinas, neque ulli quicquam perpetiendi periculo expositas. Sedem enim habent tutissimam in suo viscere, extra quod postea ipsis alia induitur tunica, ne periclitentur, dum vel longiore feruntur extramite, aut alicubi suspenduntur, aut duriori corpori (velut ossi) incumbunt.

Secundum hæc, quæ à me dicta sunt hætenus, ita jam finiri ostiola possunt, ut in venis crurum & brachiorum nihil aliud esse dicantur, quam *ἐπ' ἀνδρῶν* (liceat enim mihi Dionisii ex Ephesio novum nomen huc arcescere & rei novæ accommodare) ἢ *τῆς ἐπὶ τῶν ἀγγείδιον τῆς αἵματος*, id est efflorescentia seu portiuncula quædam tunice venarum, reterens dimidiati orbis in plano, aut lunæ cornutæ figuram, antèriusq; abscedens, ut peculiare quoddam sanguinis vasculum, intra venarum amplitudinem constituat, in



quod divertens ipse, eatenus possit  
 detineri, quoad à vasorum rivulis, ac  
 latera cavæ forâs elabentibus, hauriatur,  
 tur, neque præproperè præter vecti usque  
 fructu externæ partes defraudetur. Stet-  
 tim incunt valvæ supra subterq; pos-  
 alarum inguinumq; adenes, proximæ  
 subramorum eductionibus locatæ, et  
 ad medium usq; capacitatis venarum  
 pertinentes. Passim occurrunt, sed com-  
 junctim tamen semper geminæ, utrim-  
 que scilicet una, nisi paullò suprâ trans-  
 versa ligamenta, quæ fasciarum ritu  
 tendines manuum, pedum, ac digito-  
 rum continent, ubi venarum ampli-  
 tudo coarctari incipit, ideòq; simul  
 valvarum *διδυμότης* deminui, donec pec-  
 nitus evanescant. Numerus earum  
 prorsus incertus est, & verò intervalla  
 quibus disclusæ sunt, admodum dis-  
 paria: ipse positus aliàs magis, aliàs mi-  
 nus ordinatus seriè, ferè alterna ut se-  
 quentium membranularum cor-  
 nua, præcedentium media  
 sive convexa respiciant  
 & vicissim.





**ADUMBRATIO OSTIO-**  
*rum, ut sese illa obtulere in cada ve-*  
*re Anno 79 mense Decembri*  
*dissectioni nostræ sub-*  
*jecto.*




**P** Ræfens figura crura petentis venæ  
 inflatæ & supra subterq; abtrunca-  
 tæ portionem cōmonstrat, quem  
 admodum foris ea apparet. Ad *A* qui-  
 lem superiorem eius regionem propè  
 poplitem. *B.* verò Inferiorem & hu-  
 miliorem: *C.* ramum indicat è dex-  
 tro latere foràs prorumpentem in mus-  
 culos, ut nutrimento eius educetur.

M 5

D &amp;



D & E. valvulæ ramo illi subiectæ  
dimidiam duntaxat faciem notant fœ-  
rās quasi in loculum protuberantem  
in quo morari aliquantisper sangui-  
possit.



Hæc altera eandem portionem  
oculis subijcit, sed in longum disse-  
ctam, ut interior eius facies inno-  
tescat.

A. B. C. characteres idem signam  
quod in priore.

D. valvulam subiectam laterali  
ramo, non passam illam, sed venam  
corpori pressè attensam: quæ orbem  
dimidium non complet, ne possit in-  
termine.



intermediam capacitatem venæ inter-  
cludere, sanguinemq; inferioribus in-  
tercipere. E. monstrat alteram val-  
vam in sinistra hîc rejectam, ubi ali-  
qua adhuc sui parte adhæret. F. Cor-  
pus venæ sub valvula multò quàm  
alibi, tenerius & quasi lacerum, ut  
valva inde abstracta esse alicubi vide-  
ri possit. G. meta unde valvæ pandun-  
tur atq; aperiuntur, & in quam exit  
earum circumferentia. H. I. Imi val-  
varum ventres, in quos sanguis de-  
mergitur. K. orificium rami lateralis,  
qui C. litera notatus est, cui valvula.  
D. famulitium quoddam præstat in-  
tendo demorandoq; sanguine: aliter  
præter fluens ipse minùs commodè at-  
trahi posset.

*DE VALVA ILEI FORI-  
bus ad introitum in colum  
præfecta.*

Præter enumeratas, & jàm demon-  
stratas valvas, aliam nobis secun-  
dum cadauer exhibuit, illic intra  
capacitatem intestini latitantem, ubi  
Ileum



Ileon & Colum sunt contermina, si quis  
 tis crassam illam ac firmam rigidam  
 sed quæ ita Ileï foribus obderetur, ut  
 illabenti feci, jam exsuctæ ab intesti-  
 nis gracilibus cedere posset. Nam in  
 tro spectabat, margini coli, qua  
 dextro reni & femur moventi muscu-  
 lo objacet, affirmata. Fortuito  
 nobis inventa est. Etenim cum  
 lum per apertum à nobis cæci intesti-  
 ni caput inseruissemus, dein per cap-  
 citatem coli traiectum cuperemus in-  
 tra Ileon adigere, semel atq; iterum  
 in obstaculum incurrimus. Dissecto  
 postea colo valvula conspecta est, cui  
 ius obiectu conatus noster fuerat elu-  
 sus. Hæc dum tex sordidior in colum  
 detruditur cedere solet, posteaquam  
 incidit illic claudi, nequid eius in  
 Ileon remigret. Quod fieri equidem  
 nonnunquam posset in vehementior  
 re corporum è dextris in sinistra versa-  
 tione. Sursum autem procurata  
 intestinorum inflationem valva idcirco  
 non impedit, quòd turgidis spiritu im-  
 testinis capacitas reddita amplior nec  
 queat



queat ab illa observari. Eadem valva  
 non ita dudum in Castore seu Fibro re-  
 perta nobis est non in ipso statim con-  
 finio Ilei coli & cæci: sed in interna  
 cæci capacitae ita Ilei exitui præposi-  
 ta, ut cæco versus sinistrum admodum  
 firmiter adhæreret essetq; carnosior:  
 dextrorsum verò, quâ gemina coli  
 tubera respiciebat *Πηγλυωτιδ* in mo-  
 dum à carnosio illo principio velut gra-  
 cilescens incubaret, & vicissim  
 aperiri ac claudi versus illam  
 partem ingenuè  
 posset.

F I N I S.









